De praeseruatione a pestilentia: et ipsius cura opusculum non minus vtile, quam necessarium.

Ad lectorem.

Arcula si persæ seruabat diuitis illud
Quod ferrū, flāmas, funera, tractat opus.
Quo nā quæso mō, decet hūc seruare libellū?
Humani generis quo sita summa salus.
Nempe docet rapide superare pericula pestis,
Qua nulla immenso noxior orbe lues.

In Regia Vrbe Cracouieñ. Florianus Vnglerius impressit.

Spectabili et Magnifico domino, domino Joanni Zabrzezynsky, Palatino Trocen. Magniducatus Lithuaniæ supremo Marsalco. &c. Simō a Lowicz artiū ingenuarū Magister, fœlicitatē cum sui cōmendatione.

NEmini dubium esse puto, Spectabilis ⁊ Magnifice domine, de vniuerso hominũ genere commodissime dici posse, quod Xerxes Persarum clarissimus Princeps, de suo olim retulit exercitu. Illum enim cum aliquādo copiosam multitudinem suam ex editiori quodam prospexisset loco, in largissimas aiunt profusum lachrymas, quod ex tanta virorũ copia, post bissenas olimpiades superfuturus esset nullus. Quippe humana vita, tam angusto coarctata limite dinoscitur, vt finis ab origine parum, vel nihil penitus distet, hinc bullæ momentaneo tempore, super aquas intumescenti, similis a sapiētissimis viris est iudicata. Habet enim se tota vita nostra veluti flos, qui mane virescens sub vesperum arescit. Heu breuem ⁊ incertum humanæ vitæ statum, qui dum vix incipit, a cursu suo præpeditus desistere cogitur. En magno discrimine nascimur, infantiā periculosissimā agimus, adolescentia cum iuuentute, Euro pernicior euolat. Nec quisquam est, qui vnam horulam suæ vitæ polliceri audeat, cum tot ac tanta vitæ pericula, inter os (vt dicitur) ⁊ offam homini sæpius accidere soleant: insuper tot casus incerti. Quid Anacreonta poetam cōmemorē, qui acini granũ gluciēs præfocatus est? Quid Fabium Senatorē, quē potus cum lacte pilus strangulauit. Julius Cæsar cum infinitis curis Imperij gubernacula vix plene suscepisset, viginti tribus transfosus plagis obijt. Deficeret me dies si omnes, quos latina historia repentina oppressos morte cōmemorat, recesere vellem. Sumus hercle omniũ miserrimi vermiculi, qui nudi ⁊ vagientes hunc mundũ, tot infortunijs plenũ, vix a limine nobis salutatũ, tam festināti ⁊ dubio gressu, deserere compellimur, Sed cum multiformia sint mortis genera, inter cætera crudelissimũ genus mortis est, epidemia pestilentialis, hominum vorago. Quæ ab oculta quadam aeris, ⁊ venenosa putredine, ac alimentorũ corruptione prouenies, tāquam fera truculentissima, infinitam hominũ multitudinē, breui tēporis momento, miserabiliter trucidat, vorat, ⁊ pernecat: vt non immerito omnibus gentibus terrorem suæ atrocitatis incutiat quam maximũ: Ipsa enim seuire incipiens, de loco in locum, sicut lupa rabiosa celeriter grassatur: innocuos pueros, robustos iuuenes, tremulos etiam senes, vtriusque sexus, pari mortis acerbitate inuoluit: nec prius rabiem suam insaturabilē explet, quam vel totam domum, aut pagum. Sæpe etiā totam pene ciuitatē vacuet, ⁊ deuastet: vsque adeo, vt desint sæpenumero, qui pietatis ministerio functi mortuos tumularent, tanta denique hominem celeritate rapit, vt qui hodie sanus, cras æger, postridie mortuus inueniatur. Et quod miserabilius est memoratu, nonnunquam vno die, idē homo sanitatem ægritudinem, ⁊ mortem, experit. Sed miseret iam profecto, tam fragilem hominum sortem longius recensere. Quocirca ego, libellum de præseruatiōe a pestilentia ⁊ ipsius cura, Celsitudini tuæ potissimũ destināndũ, offerēdũ ac dedicandũ censui. Idque ea potissimum ductus ratiōe, quod ex celeberrimo dño Joāne Rosczieschā, Canonico Medniceñ. ⁊c. hoie sũme fidei ⁊ pbitatis, cognoui celsitu. tuam, honestissimis studijs, humanissimũ quendā, benignissimũ se pstare mecoenatē. Et merito, nam in te naturæ dotes sunt eximie, summa dexteritas ingenij, ornamenta fortunæ cumulatissima, ad hæc quanta quanque alacris liberalitas, ita vt tuũ pectus candidum iuuandis mortaliũ rebus natum esse videatur. In summa, Lithuaniæ vere primas es, non solum dignitate, verum ⁊ omni genere laudis. Porro celsitudo tua, comitate quosuis

inuitat, humanitate allicit, autoritate sua fouet, dignitate protegit, splendore ornat, & illustrat. Suscipe igitur ornatissime vir, læta ac hylari fronte, hoc quātulumcunque opusculū (recte enī Seneca monet permagni referre, quis cui, quid, muneris mittas) Et si quid erit præterea quo splendori tuo me gratificari posse intellexero, omnes neruos, omnemque operam meam accomodabo quam libentissime, modo Celsitudinis tuæ gregariis clientulis adnumerari merear. Vale Cracouiæ e contubernio Jerusalem. Anno ab orbe redempto: Millesimo Quingentesimo Trigesimo Secūdo.

Quid sit pestilētia: vnde proueniat, & quæ signa ipsam prætendāt futuram. Caput primum.

IN primis explicandū fore censeo. Quid sit illa stupēda Clades pestilentiæ, de qua locuturi sumus. Vnde oriatur, quo pacto corpora nostra inficiat, & quæ ipsius causæ existant, quibus etiam præsagiis tantam stragem futurā suspicemur. Est igitur pestilentia, secundum illustres medicinæ auctores. Morbus subitaneus, venenosus, quāplurimū mortalis, ex corruptiua putrefactione spirituū cordis & humorū circunstantiū, multitudini hominū eodē tempore superueniēs, ab vno homine super alios, rabiosa contagiōe, celeriter irruens. Accidit aeri extrinseco quē inhabitamus, occulta quædā dispositio ex permixtione vaporū a terra, & aqua exalantium. Quare putresit aer & corrūpit in qualitatibus suis & substātia, cōtrahēs quādā malignā venænositatē, hominibus exiciosam. Quod lucido exemplo expressit princeps Auicē. fen. ij. primi, & prima quarti dicens in hanc sententiā. Sicut aqua Lacunalis stās, in quā inmergit limum vel canapus, corrumpit, putresit & fetet: sic aer

ex malis fumis ſibi permixtis corrumpitͤ & pu
treſit. Cum vero hominis propria manſio ſit
in clemento aeris, ipſum omni momento ſine
intermiſſione, quamdiu vita noſtra ſupereſt,
per palatū & pulmonem attrahimus, & im
bibimus ad calorem cordis refrigerandū: ipſe
etiam aer ambiens corpora noſtra, aſſidue per
membrorū poroſitates, & latentes meatulos
ſe clanculū inſinuat. Qua de re quando eiuſ-
modi aer putridus & venænoſus cordi occur-
rerit. Vt inquit Auic. imprimis corrūpit com
plexionē ſpirituū cordis, & putrefacit circūfu-
ſos humores, qui in venis & arterijs cordis
exiſtunt: quoniā qꝫ tangitur a putrido putreſit
Poſtq̄ȝ venænoſam putredinē, ſequitur inflā-
matio quæ dicitur ſebris peſtilentialis. Natu-
ra aūt ſtudens ſui conſeruationē ſi poteſt cona
tur totis viribus venænoſos humores a mem-
bris principalioribus ad minus principale ꝓpel
lere. Vnde apparent aliquādo bubones: Glā
dulæ, antraces, & alia apoſtemata peſtifera.
Ex quibus facile dilucet corruptionē aeris pro-
ximā & immediatā eſſe cauſſam huius lætife-
te ægritudinis. Aerē autem mortiferum faci-
unt vapores mali aquaꝝ et terræ, qui ꝑ ipſum
ſparſi, putredinē venænoſam induūt. A quo
etiam aere nebulæ putridæ, rorem fœtidū de-

fluentes ſuꝑ herbas, & plantas eas corrūpūt.
Quare ægrotāt animalia ex pabulo corrupto,
et homo p̄cipue veſcens, tam animalibus quā
terræ naſcentibus corruptis. Quod itidē Aui.
fen. ij. primi aſſeruit dicēs. Mortalitas corrū-
pit arbores et vegetabilia. Ideoqȝ corrumpunt
ex animalibus quæ ea comedunt: et ideo homi-
nes qui eis veſcunt corrumpunt. Cauſſa autē
primaria: vt idem fen. prima quarti affirmat,
et principiū horum omniū ſunt formæ. Ex for-
mis cœli, hoc eſt determinate conſtellationes,
Saturni et Martis: vt ibidem exponit genti-
lis. Cui etiam aſentit Iſaac quinta febriū di-
cens. Dominium Martis eſt cauſſa mortis et
peſtilentiæ. Quorū ſententiam Aſtrologi effe-
ctus omnes in ſuperna corpora redigentes: cō-
ſtanter aſtruūt dicentes Saturnū in quopiā
ſigno cardinali gradientē, Ariete videlicet, Cā
cro, Libra, Aut Capricorno. Similiter mali-
uolos planetas infortunatos, in annua reuo-
lutione: vt ſenſit Hali parte octaua. Aut in
eclipſibus luminariū vim dominandi obtinen-
tes, mortalitatē et peſtilentiā portendere. Quā-
do igitur ex prætactis iam cauſſis peſtilentia
euenerit, multas regiōes infeſtat: quoniā cauſ
ſæ agentes ſunt vniuerſales et fortes. Poſſint

etem aliæ esse caussæ particulares, non adeo
noxiæ: veluti aer in cauernis terræ: aut puteo
aliquo diu inclusus et corruptꝰ, facta eruptiõe
homines propinquos venænat. Similiter fœ-
tor horridus sepulchrorũ vel cadauerũ in bello
occisorũ vel aliorum animaliũ mortuorum vel
venænosorum. Similiter communicatio cum
hominibus infectis, & eorũ vestimenta pestem
in alios transfundere possunt: homo deniq; ex
seipso venænositatem contrahere potest, si pra-
uis humoribus ex corrupto alimẽto generatis,
fuerit nimiũ repletus, quod plerunq; post lon-
gam terræ sterilitatem vsu venit. Cæterum ne
formidandus ille morbus nos obruat improui-
sos animaduertẽda sunt signa, quibus ipsum
coniecturemur futurũ. Quorũ primum est, si
in aere noctu crebræ impressiões igneæ sicut cã-
delæ ardentes & stellæ cadentes apparuerint,
manente aeris turbulentia, vaporũ pestilenti-
alium multitudinẽ significat. Secundũ signũ
si aer multũ immutatus a consueta sui tempo-
ris natura nebulas olentes, & nubes obscu-
ras ptulerit. Aut si eodem die modo calidus,
modo frigidus, nunc clarus, nunc turbulen-
tus extiterit: & Sol aliquando lucidus, ali-
quando nube quasi puluerulenta, circũseptus
esse conspicabit: & si imminet sæpenumero ex

nubibus pluuia, non tamen pluit prætendit fu-
mos in aere retineri, retentos putrefieri, putre-
factos aerem corrumpere. Tertiũ signũ, si mor-
bili, variolæ & similis generis pustule erupe-
rint, aut grauidæ mulieres plus solito aborci-
ant & periclitent, putredinẽ in aere venæno-
sam iam imminere portendũt: præsertim si eo
tempore vicina loca pestis infestauerit, aut ab
alijs signis ipsius suspicio increuerit. Quartũ
quando super terrã nimis multiplicauẽt ranæ,
muscæ, cimices, culices, vermes, & alia eius-
modi animalia, ex putrefactione generata, si-
gnũ est habundantis & multæ putrefactiõis.
Quod si reptilia in locis subterraneis latitan-
tia vt mures, talpæ, serpentes fugerint ex ca-
uernulis suis, & non, reuertuntur in eas deno
tat fortem putredinem in visceribus terræ fa-
ctam. Similiter si pisces multi prope fluminũ
ripas, seu margines congregati, vel in aquis
mortui videant, malignã aquarũ dispositionẽ
ostendit, & si volatilia relictis in nido ouis su-
is, de montibus ad planiciẽ, vel de planicie ad
montes, aut aliorsum volauerint, aeris corru-
ptionẽ præsagit. Et si plus consueto moriantẽ
pecora, corruptionẽ pabuli designat. Quintũ
signũ, si ante ortũ Solis colligiẽ ros, & exi-
betur cani sitibundo, vel alio animali: quod si

moritur signũ est venænositatis & pestilen-
tiæ. Attamen non est signũ omnino euidens:
quædã enĩ venæna hominẽ perimũt: & alia
animalia non. Gallina etenĩ araneas serpen-
tes, scorpiões impune deuorat, hominem ve-
ro necarent. Quando igit prædicta hæc signa
aut plura ex illis apparuerint, tempus instare
pestiferũ ne dubites. quare corp⁹ tuũ hoc pacto
pseruare stude, veluti iã læta minerua dicem⁹.

Quis locus sit in peste deligẽdus, & quomodo aeris infecti malignitas sit reprimenda & corrigẽda. Caput secundum.

QUi ab incursu pestilenciæ securus
esse cupit, ad duo principaliter ob
seruanda totã mentis aciem diri-
gat. Primũ est caussa agẽs ab ex-
trinseco nobis corruptelam inferẽs, & est aer
immediate venænosus & alimentũ corruptũ.
Alterũ est paciens aptum ab agente suscipere
corruptionẽ & est corpus nostrũ. Opportet igi
tur infectum aerem omnino euitare, vel eius
venænositatẽ ita refrenare, vt nequeat suæ cor
ruptiõis malignitatem in nos imprimere, &
oportet corpus nostrũ taliter præparare, vt nõ
sit aptum venænosam suscipere impressionem.
Agens etenĩ cum aduenit & pacienti non est

p̃paratio non contingit actio & passio: vt ait
princeps fen. prima quarti. Quoniã secundũ
philosophos ad omnẽ effectũ producendum, hæc
quattuor concurrere operepreciũ est: Agẽs pas-
sum, morã & contactũ. Agens quidã sua for-
titudine superans resistentiã passibilis immu-
tandi. Passum obediens ab agente intentã re-
cipere dispositionẽ. Moram temporis sufficiẽ-
tem, qua agens agat, & paciens paciat. Cõ-
tactũ quo competenti approximatione alterũ al-
teri aplicet, & licet illa phisicã mediocriter cal
lẽtibus sint notissima: Vulgaribus tamen exẽ-
plo fiet manifestius. Ignis attingens lignum
aridum sibi in quantitate cõproportionatũ cer
to tempore exurit: & nisi maior esset fortitudo
flammæ agentis q̃ virtus restitutiua ligni pa
cientis, nulla fieret prorsus mutatio. Nã equa-
le in quantitate lignũ, aquosum tamẽ & suc-
ci plenũ, ab equali igne cæteris partibus non
percremabitur: cum sit indispositum rebelle, et
agenti audacius reluctãs: & nisi mora inter-
cidat, quantuscũq; ignis fuerit non consumet
lignũ etiã aridissimũ: quãdo quidem omne a-
gẽs naturale agit tempore veluti manus igni
imposita, illico non interueniente mora, extra-
cta, permanet illesa, et nisi fuerit conueniens
adinuicem applicatio. Esto q̄ flamma sit pa

tens lignū aridū. mora diuturna non complebitur actio, sicut si lignū torridū conuenienti tēpore, minus tam ab igne iaceat remotū non combureť. Quapropter vt eo redeamus vnde parūper digressi sumus, si caussam agentem et pacientē pestilentiæ disproportionabimus. Impediendo agentē, aut recipiende impressioni ineptā faciendo pacientē, aut alteram ab altera sequestrādo, ne competenti tempore et debito contactu aplicentur, tam terribilē morbū deo opitulante alacres et sani penitus euademus. At quo nam pacto id fiat iam explicandū est. Ab aere tanq̄ immediato et principali agente exordiū sumendo. Suadent igitur, hortanť et p̄cipiunt medici vnanimiter omnes, vt a loco in quo sæuit pestilentia, q̄z citissime fugiamus, in locū aliquem salubrē et non infectum. Vnde quidam vtiliter consultans amico sciscitanti, quomodo pestem euaderet: respondisse fertur. Tres tibi o amice monstrabo radices, quæ te ab ipsa prorsus incolumem seruabunt. Quarū prima appellať cito. Secunda longe Tertia tarde. Admonuit ille quidem amicum suum, vt cito fugeret, ne ex primis foret qui inficeretur, et vt longe discederet a loco infecto. Solet eñ aer venænosus ad longam distantiam se diffundere. Et vt tarde reuerteref domum cessante peste, ne ex reliquijs venæni in aere aliquando diu immorātibus periclitareť, præsertim quando aer fuerit grossus. Et profecto ad nostram vsq̄z tempestatē nihil hoc remedio efficatius inueniri potuit. Verum si fuga tibi salutē queris, caue ne victualia, indumenta et reliqua vsui necessaria a loco pestilētiali ad te sinas perferri. Neq̄z omnino securus eris, si exiguo admodū interuallo a loco infecto secedes. Sed quanto remotius tanto tucius. Neq̄z ante annū vel saltem dimidiū mitigata iam peste, ad p̄pria remeabis: multos etenī intempestiuius domū reuersos, mortifere aeris reliquie infecerunt, vt experientia comprobatū est. Laudabilius deniq̄z est cōmigrare in locum, adminus per annū, a peste iam deputatū, et liberū, q̄z in locum vbi nondū fuerit. Sed quoniā permulti homines, p̄cipue pauperes sine graui suarū rerū iactura, aliorsum proficisci commode nequeunt, coacti se domi continere, eorū discrimini alio ingenio succurrēdum est. Cum igitur illi continue versentur in aere infecto, quem omni horæ momēto hauriūt, summopere enitendum est, vt ipsius venænositas reprimať. In ambitu igitur ciuitatum circūcirca, & in plateis earum nocte dieq̄z presertim tempore nebuloso, succendantur ignes

magni ex lignis aridis. Lauri, salicis, cypressi
iuniperi, quercus. Similiter ex lignis cydoni-
orum, pomorũ, pyrorũ: & ex sarmentis vitium,
& ex omnibus rebus redolẽtibus, quoniã bonꝰ
fumus aeris malignitatẽ potenter emendabit.
Legimus enĩ Choum Hypocratẽ, athenas &
plures greciæ ciuitates, succensa quercuũ mul-
titudine a Pestilentia liberasse. Unde illi sta-
tuam Aeneam in perpetuã tante beneficentiæ
memoriam erexerunt. Aer autem alicuius do-
mus facilius corrigi potest, suffumigando, irro-
rando, & res quascumqꝫ odoriferas sternẽdo.
Quãobrem mansuri in aere corrupto, deligãt
sibi domũ inhabitandã, quæ sit ampla, a terra
eleuata, ventis borealibꝰ. Et oriẽtalibus affla-
ta. Radijs solaribus magna ex parte diei illu-
strata. A stagnis, seu aquis sordidis, macellis
Cimiterijs, & ab vniuersis male olẽtibus rebꝰ
procul amota, nec noxijs arboribus, nuce, ficu,
oleribus putridis, sed Rosetis & redolentibus
herbis circumsepta. In qua domo & circũ in-
cẽdãtur crebri ignes ex lignis p̃fat. In cameris
fiant cõtinue suffumigatiões ex omnibus rebꝰ
aromaticis & bonũ odorem spirantibus super
prunas piectis. Si aer fuerit calidus p̃iciant
illa super prunas, flores Rosarũ, violarum, ne-
nufarũ, acetosa, endiuia, cicorea, camomilla,

borago, buglossa mala granata, pomarantia
Limones, poma, pyra, cydonia. Sandali, spo-
dium Karabe, coriãdrum, bolus armenus, terra
sigillata, cãphora, lambrusca, folia salicis, ber-
beri, ribes. Ex compositis frigidis valent Tro-
cis. de Camphora, de Spodio, de Rosa: aut
conficiant hoc modo: accipe florũ Roſ. lãbru-
sce coriãdri sicci. ana. ʒ. ij. Corallorũ al. & rub.
ana ʒ. i. florũ nenufarum siccorum boli armeni
terræ sigillatæ. añ. ʒ ſ. Cãphore grana. iiij. pul
uerisatis omnibus cũ aqua Roſ. forment tro-
cis. & proiciat vnus super carbones. Simili-
ter irroret Camera cũ aqua Roſ. & aceto vel
saltem cũ aqua fontis & aceto, vel decoquant
in aqua fontis res aliquæ ex iã nominatis quæ
facilius haberi posunt, & aspergant parietes
& pauimenta, aut fundant sup laminã ignitã
ex auro argento vel alio metallo, vel super sili-
ces vt tota habitacio tua fragrãti fumo reple-
atur. Similiter flores herbæ & aliæ res odori
fere, poma pyra, cydonia sternant. Et suspen-
dant per habitaculũ tuũ. Si vero tempus ex-
titerit frigidum fiant suffumigia cũ rebus cali
dis, vt sunt omnes species aromaticæ, vt Ga-
riof. Cinamomum, Nux muscata, Zedoaria,
Macis, Crocus. &c. Similiter Thus, Mastix
Mirrha, Storax, Sandaraca, Laudanum

lignum aloe, Rosmarinus, Maiorana, Lauẽ-
dula, Muscus, Ambra. Similiter competunt
omnes herbæ odoriferæ pro suffimigijs maxie
pro pauperibus, vt Betonica, Saluia, Ruta,
Basilicon, Origanũ, Serpillũ, Absyntium,
Pulegiũ, Menta, Prassiũ, Mellissa, Camomi
la, Radices diptami, tormentillæ, valerianæ,
acori, enullæ campanæ, angelicæ, gentianæ,
pipinellæ, aristologiæ, serpentariæ, grana iuni-
peri, & similia quæ in promptu haberi possunt
Ex cõpositis valent Trocis. cõmunes pro fũo,
Trocis. de ligno aloes, gallia muscata, & simi-
lia, ex predictis simplicibus conflata. Aspergat
domus cum vino aromatico, vel cum decoctio
ne iam memoratorũ rerũ, fusa super laminas
ignitas vel saxa calentia. Aut costernãtut per
Cameram fragrãtes herbæ & flores. Quoniã
bonus odor venenositatẽ aeris refrenat: animũ
dilatat, refocillat, viuificat, spiritus & vir-
tutũ mineram confortat. Vt voluit Aristote-
les de pomo & morte, & Mesue de consola-
tione medicinarũ, prauus fetor contrariũ effi-
cit. In aere igitur tuæ mansionis sic rectifica-
to semp te contineas noctu & tempore nebulo-
so fenestras clausas seruando. Quottidie ta-
mẽ vel saltim altero die radiãte Sole aut vẽ-
tis bonis ab ortu aut septẽtrione flãtibus ape-
riantur

riantur fenestræ, vt radij solares & venti boni
ingrediantur: quoniã sol est qui aerem rectifi-
cat: vt dicit princeps & alludit Hermes. Sol
post deũ omniũ viuentiũ est vita. Et venti se-
ptentrionales secundũ Aui. fen. ij. primi, aerẽ
maxime purificant, si tamẽ venti septẽtriona-
les aut orientales alioquin boni, a locis fœti-
dis lacubus aut loco infecto exufflarint: ex ac-
cidenti mali fierẽt & cauendi. Eodem modo
venti meridionales, aloquin mali si a monti-
bus continuas niues habentibus venerint. lau
dabiles sunt. Præterea summopere obseruandũ
est: vt cum paucis cohabites: nec extraneos ad
mittas, neqȝ foras egrediare nisi fulgente So
le, & præseruatione sumpto, fuge hominum
conuenticula, cõmicia, tẽpla, balnea, & om-
nem contagionẽ. Quod si quispiã infectũ vi-
sitare cogeret, sicut sacerdotes, medici, testa-
mentarij, præcipiant ægrũ prius poni in loco
aperto spacioso perflatili, & sole affulso: vel
extra domũ suam sub diuo & aere libero, & fa
cto ibi diu ex redolẽtibus rebus suffumigio, in-
fectũ quanto remotius possunt alloquantur,
& conducet ne dum illis, verumetiam ægroto:
Ex quibus satis dilucet si pestilentiæ caussam
agentem remouere & impedire cupis.

Aut fuge, peſtiferã vel corrige ſedulus auram
Fragranti quicquid ſpirat odore cremans.

Quibus cibis et potibus tẽ-
pore peſtilẽtiæ veſcendũ ſit, et de vitanda
crapula & inedia. Caput tertiũ.

CUm nutriamur aſsidue quo ad
viuimus, vt inquit Philoſophus
ſecundo de anima, quale autẽ nu
trimentũ extiterit, tales ſunt ſan-
guinis humores, & ſpiritus ex ipſo reſtaurati.
Qua de re omni tempore vitæ ſummã alimẽ-
torũ rationẽ habere oportet: præſertim peſte ſe-
uiente. Quo tp̃e panis eſſe debet ſufficiẽter de-
coctus, ſalitus, bene fermentatus, vnius aut
quinq; dierũ ex aqua bona non turbida, & fru
mento mundo non vetuſto, in horeo perflati-
li, & non foſſis ſubterraneis reſeruato, cuius
furnus non ſit lignis putridis calefactus. Ex
carnibus autẽ cõpetunt pulli gallinacci, capo-
nes, gallinæ non antiquæ, p̃dices, faſiani, tur
di, merulæ, ſturni, aues minores, & omnium
fere carnes volatilium, demptis aquaticis, vt
ſunt anates, anſeres, grues, quorũ ale & pe-
des duntaxat comedunt. Turtures & colum-
be iuuenes cũ aliquãdiu volauerint Flegma-
ticis admitti poſſunt, Cholericis nõ niſi mul-

to aceto temperent, antiquæ vero & adhuc im
plumes vitandæ ſunt: pauones ſimiliter Co-
turnices quas etiam qualeas vel quiſculas vo
cant: licet in nobiliũ menſis magno in p̃cio ha
beant, ab eximijs tamẽ medicis non laudant.
De quibus Iſaac in vniuerſalibus dictis ſic
aſſeruit. Coturnices cæteris ſunt peiores, nec
in nutrimento, neq; in digeſtione ſunt lauda-
biles. Galenus vero, Auic. & Rhaſis conſen
tienter prædicant, ex crebra comeſtione cotur-
nicũ imminere Tetanũ & ſpaſmũ. Experimẽ-
to deniq; noſtro æuo cõprobatũ eſt quaſdã in-
ueniri, coturnices corpore quidem minores &
colore, ruffiores cæteris, quarũ ſi vna aut duæ
manducent, comedens eadẽ in menſa repente,
incurrit membrorum immobilitatẽ. Ex genere
autẽ quadrupedũ cõmendatur, caro hedi pin-
guis, agni annualis, vituli, capri & arietis ca
ſtratorũ iuuenũ, lepuſculi iuuenes, capreoli ſil-
ueſtres & damæ. Porci aũt caro annũ iam ha-
bentis, glandibus montanis nutriti, modera-
to vſu admitti poteſt, præcipue laborantibus.
Aper ſeu porcus ſilueſtris laudabilior eſt do-
meſtico. Porcelli aũt lactẽtes, & qui ex pluuiæ
domus ſaginati incraſſantur, illaudabile exhi
bent nutrimentũ. Caro aũt bouina, quanto
antiquior tanto deterior eſt: cætera animalia

quibus vescendū est, debent esse sana in mon-
tanis pascuis bonis herbis pasta. Inter pin-
guedinē & maciem mediū obtinentes. Carnes
vero reliquorū animaliū quæ hic nō expressim⁹
& omnes carnes salitæ, & animalium partes
intestine: vt sunt, cerebrum, epar, cor, renes,
& viscera, euitentur: & ab ijs præcipue qui in
ocio corporali degunt: quoniā labor magnus,
consuetudo, extranea frigiditas, ætas firma,
cōplexio valida, & naturalis coquus stomachi
probus, grossiorem cibū impune admittunt.
Ex piscibus aūt laudanē, q ex mari et scaturiē-
tium fluminū aquis capiunē, squamosi, albe
carnis, & duriuscule. Inter obesos & graci-
les in suo genere mediū sorcientes: non limosi,
nec fœtidi, neq; a stantibus lacubus extracti:
salubrius est deniq; pisces super prunas assare,
quia refrenatur magna ex parte ipsorum visco
sa humiditas. Et cum torrenē pruna irrigenē
sæpius vino, aceto, sale, oleoolive, & specie-
bus aromaticis, aut si libet vino bono, aceto,
sale, & speciebus optimis elixentur. Pisces ve-
ro saliti magni, & omniū pisciū lactes, poli-
grana, cutes, & intestina, ꝑpter multam vi-
scositatem dimittantur. Omnis etiā pingue-
do(vt protritū est verbum) mala est, piscium
vero pessima. Propterea diligēter cauendū est,

ne quopiā animaliū ex auibus, quadrupedib⁹,
aut piscibus vescamur, q͛ morbidū aut cōmu-
ni pro tunc in sua specie mortalitate moriatur
ymmo q͛ neq; ex pabulo in aero infecto vixe-
rit. Sed cum hoc vltimū sit difficile obserua-
tu, nisi quispiā remote a loco pestilentiali au-
fugerit: alia nobis via opitulabitur, quæ est
alimentorū rectificatio. Qua propter princeps
prima quarti persuadet, vt omnibus cibis &
potibus admisceanē, quæ putrefactioni & ve
neno resistunt, sicut est acetū vini, & omnia
acetosa, vt mala granata, pomarantia, limo-
nes, agresta, berberi, vuæ imaturæ, maciana,
acetosa herba, & succi illarū rerū. Similiter
valent tempore calido, cibarijs admixta, flo-
res ros. borag. bugloß. nenufarū, cicorea, por
tulaca, lactuca, spinachia, acedula, coriandrū,
sandali, spodiū, bolusarmenus, terra sigilla-
ta, camphora. Sed si tempus foret frigidum,
aut complexio frigida, res calide solitarie, vel
cū p̄dictis frigidis admisceanē, vt sunt omnes
species aromaticæ, præsertim cinamomū, gari
ophili, muscata, zinziber, macis, crocus, zedo-
aria. Similiter lignū aloes, ambra, muscus,
spica, grana paradisi, et cōsimilia: Pro paupe-
ribus, ciminū, corni, bacce, lauri, grana iu-
niperi: aut vtere eiusmodi super cibo spargen-

do tragea. Recipe cinamomi vncis .j. corian-
dri præparati vncis .s. cardamomi, gariofi.
granorũ paradisi. ana. ℥. ij. radicũ diptami,
tormentille. ana. ℥. j. croci. ℥. s. & pro diui-
tibus addat rasuræ eboris & vnicornu. ℥. s.
& cum zuccaro quantũ libebit conficiat pul-
uis. Possis deniq; sup fercula tua pijcere pulue
res omnes, inferius de præseruatiõe enumera-
tos, vel saltim aliqua ingredientia in illos pul
ueres, quæ cõmodius haberi possint, ad con-
fortandũ cor & resistendũ veneno, quod cibus
ex maligno aere contraxerit. Fiãt etiam ad ci-
bum salsamenta ex acetosa, bethonica, rosma-
rino, maiorana, petrosilino, saluia, hysopo,
basilicone, ruta, zinzibere, cinamomo, & suc
cis prædictarũ rerum. Similiter ex pane tosto
infuso in acetum, ex vuis passis, amigdalis et
puluere supradicto fiat iusculũ: & fundat sup
carnes & gallinas frustrati incisas. Fructus
vero quia aquosi & putrescibiles sunt, viten-
tur: homo tamẽ habens stomachũ calidũ tem-
pore æstiuo ad ventris lenitionẽ, & sitim extin
guendã, per duas horas, ante aliũ cibũ assume
re tẽperate quosdã fructus potest, vt sunt fra-
ga, cerasa, dulcia pruna, persica, chrysomila,
poma, vuæ maturæ, medones: qui si vino pri-
us infunderent, vel cum zuccaro vel sale, aniso

cimino, maratro, manducentur melius foret.
Sed cerasa acria, pyra, nespila, cydonia, post
cibum sumptũ edant temperate. Nuces vero
cum piscibus salubriter cõiungunt. Fercula ex
granis vel farina auenæ, & ordei, hoc tempo-
re laudant amidũ & risum parcius, & nisi cũ
iusculis carniũ comedant vuæ tostæ, passulæ,
ficus amigdala, & lac amigdalinũ cum aqua
acetosæ vel cum aqua ordei passularũ vel fur-
furis extractũ eximie congruũt. Similiter cõ-
petunt oua recentia sorbilia, pcipue in aqua et
aceto ad mollitudinẽ decocta, dura & frixa de-
teriora sunt. Lac acetosum a quo butirũ est ex-
tractũ a principe Auic. cõmendat. Dulce ve-
ro nisi a consueto & corpus habente mundũ,
cum zuccaro & sale, sine alio cibo comedatur.
Casei itidẽ boni non marcidi pauxillũ super ci-
bo assumpto concedit. Allia quæ Gal. rustico-
rũ tiriacã vocitat. Porrũ sinapis & alia acru
mina tempore quidẽ frigido flegmaticis in ace
to prius infusa, permittunt, sed tempore ma-
gni æstus, pcipue cholericis, & iuuenibus p-
hibent. Legumina & omnia multũ pinguia,
multũ dulcia, dura, grossa, glutinosa sua vi-
scositate digitis herẽtia: omnia oppillantia et
stiptica hoc tempore diligentius euitentur. Po-
tus sub epidimiali cursu consuetis & septẽtri-

incolentibus: conueniens est vinū odoriferum, albū, limpidū inter nouū & vetulū mediū sibi vendicans: non pendulū nec alio vicio corruptū. Quod tempore calido p̄sertim pro iuuenibus limphet cum aquis acetosis, endiuie, buglos. vel cum decoctiōe ordei vel berberorum, passularū, & aliarū rerū dictarū. Medonē vero propter multā decoctionē mellis, & propter arnoglossam sibi a plerisqꝫ impositā: non laudo cum facile oppilet, nisi consuetudo que est altera natura & aliorū potuū penuria secum dispensarent. Cereuisia que in quibusdam locis ex granis ordei, & alijs braxatur: consuetis p̄cipue pueris & iuuenibus, non videt mihi fore inhibenda, attamē non debet esse multū pinguis, fetida neqꝫ noua sed defecata: & si ad modicā acetositatē tenderet, non referret. In nonnullis deniqꝫ p̄uincijs, vbi tam ceres q̄ꝫ bachus desunt, pauperes sibi potum conficiūt, ex macianis (q̄ sunt poma siluestria), ex piris siluestrib⁹, ex granis iuniperi: & berberis ad vasculū simul impositis, superfusa aqua fontis permittentes stare donec sicut vinū despumet. Qui potus licet a temulentis derideat, tamen hoc tempore cholericis p̄sertim & pueris optime cōpetere videt: vt plane perspicuū erit per omnia ingredientia, a principe de viribus cordis

collaudata. Preterea vitanda est cibi & potus nimia assumptio, fugienda ferculorū pluralitas: non ponatur crudū super crudo & indigesto. Verūtamē nullo modo tolleranda est longa fames neqꝫ sitis, sed oportuno tempore natura refocilet, ne ipsius contigat debilitas, que hoc tempore q̄ꝫ alio periculosior existit.

Quale regimen conueniat in corporis exercitatione somno, venere, & animi affecti ōibus. Caput quartū.

Qui corpis exertitio vti consueuerunt, eo etiā pestis tempore vtātur, sed moderate & in aere rectificato. Omnē eñi laborē sudoralē cursionē & omnē corporis excessiuā agitationē tunc maxime detestamur, quoniā membra rarescunt, pori dilatant, cor incēditur, spiritus resoluuntur, virtus debilitat, anhelitus fit magn⁹ et frequēs, quare aer venenosus in multa q̄ntitate haust⁹ ad ima vsqꝫ cordis penetralia vadit: fiāt igit corpis motus tūc modici, & in aere emendato, q̄ si pueri vel iuuenes forēt in camera ampla cursitent & more suo colludāt aere ibi continue rectificato. Possit etiā loco exercitij mane & sero primū manus & pedes: deinde totū corpus panno non nimis aspero,

homo leniter perfricare. Balneatio in loco publico, & in aqua calida omnino vitanda est: quoniã vt ait princeps prima, quarti: Corpora multe balneatiõis pestem incurrere sunt aptiora. Sed cum nostrarũ regionũ homines ab ineunte ætate, crebris balneis sudando & lauãdo vtant, intercipere diuturnã consuetudinem repente tutũ non est. Quandoquidẽ natura illorũ magna ex parte per sudorẽ se exonerare cõsueuit: quecunqz vero longo tempore assueta sunt, etiã si deteriora sunt minus infestare solent: vt scribit Hypocrates apho. 50. secundæ. Quocirca balneis asueti in aere emendato sibi balneũ domi faciant in dolio pannis coperto: ignitos silices imponendo, quos vino vel aqua mũda in q̃ flores roß. cãmomilla, maiorana, saluia, ruta, hysopus, basilicon, absinthiũ, pulegiũ, origanũ, menta, serpillũ, & similes herbæ bulierint, leniter aspergas: & facta ibi modica sudatiõe, panno mundo sudorem continue abstergas, vt congregate in pororũ foraminibus sordes eleuantur, nullo pacto aũt post balneationẽ apertis adhuc poris ad aerẽ infectũ foras exeas. Cum aqua aũt rosacea addendo parũ cãphore vel musci, vel cũ aceto sæpius abluere debes manus, guttur, os nares, & totã faciẽ p̃cipue quocies egressurus

es. Sõnus tuus fiat modo consueto, sed non statim post cibũ, neqz meridie, nisi consuetudo excuset. Noctu clausis fenestris aer tuæ mãsiõis assiduo suffumigio redoleat, vt docuim⁹, lintheI culcitra, & totus lectulus anteqz te reponas super fragrãti diu voluant & teneant, & maxime si camisiæ vel lintheI de nouo loti, in aere corrupto pepederint: q̄ si aqua rosacea vino vel aceto abluerent, non mediocriter cõferret. Veneris ludus cõsuetis duntaxat, & quibus licet, admodũ moderatus: hoc tempore admittit, omnino circa viriũ diminutionẽ, quæ valde perniciosa existit. Experientia etenĩ obseruaui, cõplures, qui paulo ante pestis aduentũ iuuenculas duxerũt: omnes fere sequenti statim peste extinctos, q̄ ab excessiua petulãtia vires eneruante principaliter contigisse iudicaui. Præterea cum vehementer immutent corpus, animi affectiones: ipse subnixius moderãde sunt. Ira omnisqz vindicte appetitio, odiũ, luctus, tristicia, sollicitudo nimia, timor, & p̄funde cogitatiões ab animo excludantur, & q̃z maxime exterminet assidua mentio ymaginatio de pestilẽtia, de egris, de mortuis. Sed confidenter sperandũ te diuino inprimis adminiculo, bono regimine, & medicinarũ beneficio, pestilẽ contagionẽ, omnino euasurũ, gau-

dio deniq₃ temperato, & animi alacritate vtē-dū est. Quamobrem admittēdi sunt interdū sodales tibi grati, bono tamē regimine recti: corā quibus dulcibus alloquijs, scommatibus, facecijs & quibuscūq₃ honestis oblectamentis & iocandū & ludendū est. Sint ꝓcul a vobis curij, rigidiq₃ cathones. Atq₃ supercilio stoica turba graui. Cythara, testudo, fistulæ: aliaq₃ instrumenta musica pulsent, cantilenæ sonore cantentur, recitent fabellæ: historiæ iucūdæ legant. Carmina leuiusculis musis ludant. Locus deniq₃ quo degis sit mundus: tapetis, cortinisq₃ amenæ exornatus, pulchra vestimenta induant, annuli, balthei, fibulæ, monilia, & reliqua id genus ornamenta ex auro, argento, gēmisq₃ ꝑciosis, portentur: vt animus quadā alacritatis voluptate afficiatur.

Quod corpora prauis humoribus plena mundificanda sint: Sāguinis missione, vētris solutiōe, & alijs modis. Cap. v.

Declaratū est superioribus capitulis, quomō aer pestilis & alimenta ne nos inficiāt, corrigēda sunt: quæ quidē se habēt sub ratiōe causæ agentis. Nunc dicemus, qualiter corpora nostra, quæ se habent sub ratiōe passi, ne eiusmodi venenꝭ sam recipiant impressionē præparanda sint: hoc aūt consequemur mundificando corpus ab humoribus superfluis aut depranatis: aperiēdo ipsius opillatiōes, et ꝓhibēdo in ipso fieri putrefactionē: necnō naturā confortando, vt firmiter possit venenose resistere corruptioni: Unde cōsiderandū in homine quatuor esse humores: Sanguinē, cholerā, flegma, & melancholiā. Qui dū in quantitate debitā ꝓportionē, non superflui nec diminuti: aut in qualitatibus suis requisitū temperamētū, non viciosi, nec corrupti habuerint: natura eos regulare potente: corpus incolume seruat. Sin aūt in quali vel quanto ꝓpriā naturam excesserint virtuti rebelles: quālibet corruptionē, & pestiferā putrefactionē facile suscipiunt. Quod princeps Auic. prima quarti testat asserens, corpora malis plena humoribus fore parata, pestē incidere: munda vero non. Quare ad præseruationē, a tam horrido morbo ꝓcepit ibidem: corpora mundificari flebothomia & farmacia: nam flebothomia educit sanguis in quantitate superfluus cum humoribus alijs sibi permixtis. Per farmaciā vero mundificat corpus, ab alijs humoribus. scilicet, cholera, flegmate, & melancholia. Illud aūt fit medicinis conueniētibus: secessu, vomitu, vrina vel

sudore educentibus: sed quoniã in hominibus est maxima diuersitas ꝓpter varietatẽ regionũ ętatũ, complexionũ, sexus, consuetudinis, exercitij & victus: in vno dominatur sanguis, in alio cholera, in alio flegma, vel plures humores: aut nullus, si moderatũ seruatur regimẽ. Quilibet etiam humorũ peccãtiũ proprias requirit medicinas, per quas a corpore expellitur Sed vt obiter intranscursu cuiuslibet humorũ, sua euacuatiua strictim recenseam. Præmittã signa ad dignoscendũ quisnã humor superfluat. Si igit homo fuerit iuuenis, motibus corporeis exercitatus, sub sole calẽti, aut circa ignẽ sæpius laborans: vtens cibis calidis Auic. vt allijs, sinapi, piperatis ferculis, dulcibus & vnctuosis, consuetus incidere egritudines, calidas cholericas: vt febrẽ tertianã: somni breuis, non ꝓfundi somniãs se volare: aut videre ignes, res citrinas, hostes, rixas. Et si regio fuerit calida: tempus anni calidum. In oculis facie, & corpore color croceus: oris amaricatio, lingua aspera, sicca, nares aridi, sitis multa quæ sedat frigidis, iuuari & delectari frigidis. In tactu duricies: & calor acutus, pulsus, velox, durus, tensus. Vrina rufa, citrãgularis, crocea, ignea: exerementa alui ci trina, in exitu mordicantia, sputũ amarũ, vomitus felleus, croceus, viridis, amarus. Narium oris, oculorum humiditas, acuta, citrina, pauca. Aurium vero multa, animi furor, iracundia, audacia, instabilitas. Quod si hæc signa vel plura ex illis in homine quopiã perspexeris: in eo choleram superfluere scito, quã expellere festina. Sed quia ipsa & reliqui humores expurgari non debent: neq; conuenienter possunt, nisi prius suis digestiuis adaptentur expulsioni: ingrossando subtiles, attenuãdo grossos, incidendo viscosos. Ipsum ergo humorẽ cholericũ facies expulsioni obediẽtem: exhibendo prius Oxizacratã, syrup. violarũ, acetosum, dynarij, endiuiæ acetositatis citri de pomis, de acresto & consimiles, aut dispẽset talis syru. Re. florũ roꝭ. violarũ nenufarũ, ana. m̃. s. capillorũ veneris: cicoreæ, ana. m̃. j. Seminũ endiuiæ, pertulace, ana, vncis. s. seminis acetosæ granorũ berberorũ liquericis rosæ ana, vncis. j. corticum citri, sandalorum al. & rub. ligni aloes ana. ʒ. j. zuccari lib. j. conficiat syru. Exhibitis syru. per biduum vel triduũ excuciat cholera cum violis, prunis tamarindis, mãna, cassia: reubarba. elect. de succo roꝭ. de psillio cum pillulis pestilentialibus cõibus de pera, Vel hoc modo. Re. cassiæ recenter extractæ, vncis. s. dyaprunis cõpositi

ʒ. j. elect. de succo roſ. ʒ. ij. succo roſ. vncis j.
decoctionis violarū primorū, ordei, sebestē vn-
cis. iij. fiat haustus solutiuus, exhibeat in au-
rora & mūdificabit corpus leniter a cholera.
Si aūt homo fuerit in seniū vergens, quiete
& ocio vitam agens: circa aquas & res hu-
midas versatus, cibis frigidis, vt piscibus, fru
ctibus, caulibus educatus, crapulæ multæ de-
ditus, consuetus incurrere egritudines flegma
ticas: sicut febrē quottidianā, somni multi &
ꝓfundi, somnians se in aqua natare, submer
gi: vel videre aquas, niues, pluuias, & si re-
gio fuerit frigida, tempus anni frigidū: lingua
facies & corpus ad albedinē declinās. Tumor
faciei cum mollitiæ, paucitas sitis, ructꝰ aci-
di, nausea, digestiue debilitas, corporis pingue-
do, membrorū pigricia, in tactu mollicies &
frigiditas percepta. Pulsus tardus, rarus, vri
na alba, discolor palearis. Egestio flegmati-
ca, alba, viscosa, aquea, sputū tenax, aquosum
saliua multa, pontica, non amara, humidi-
tates multæ, egredientes per nares & palatū,
mentis hebetudo, sensuū obtusitas, obliuio,
in irascentia. Si hæc signa vel plura ex illis
comparuerint, flegmatis habundantiā desi-
gnāt. Quod si expurgare voles, operepreccium
est pmittere syrupos, ipsum subtiliātes & in-

cidentes, vt sunt Oximel simplex, Syr. de ca-
lamento, de eupatorio & si fuerit opillatio for-
tis, & flegma multū tenax, valent Oximel cō-
positū, itidem Squilliticū. Aut si libebit eius-
modi potionē cōpone. R. Maiorane, Mellissæ
Saluiæ, ana. M. 5. bethonicæ hysopi. ana.
M. j. Radicū apij, sparagi ana vnci. j. seminū
feniculi, aceto, endiuie, ana. ʒ. ij. Macissi gariof.
Xiloaloes ana. ʒ. j. Zucca. mellis ana lib. dim
idiam cum modico aceti vini fiat potus, ad-
ministret per dies. iiij. vel plures in diluculo de
inde euacuetur flegma, cum elect. de dactilis cū
benedicta elect. indo vtroqꝫ, dyaturbith cū pil-
lulis alefang. chocijs, de agarico & similibus,
vel ordinet sic. R. mellis rosati colati vncis. j.
dyaphiniconis liquidi. ʒ. iij. agarici trociscati
scrup. j. cū Zucc. fiat bolus, vel cū aqua Dipta
mi Tormētillæ quantū sat erit conficiat hau-
stus, & propinet mane calidus. Si vero ho-
mo solitariam aget vitam cogitabundus, lite-
ris & assiduis cōtemplationibus intētus, vsus
diu carnibus bouinis, ferinis leguminibus, pa-
ne nigro consuetus incidere egritudines melan
cholicas, vt febrē quartanā duriciem, & oppil-
lationem splenis impetiginem, vigiliæ multæ
somniās se videre tenebras, res nigras aspectu
terribiles. Et si fuerit regio sicca, frigida, tem-

pus autumnale. Ardor oris, stomachi appeti-
tus corruptus & aliquãdo fames intensa val-
de. Acredo oris, interdum accetositas. Corpus
ad nigredinem vel fuscedinẽ trahens, corporis
macies & extẽuatio, pulsus paruus, & aliqua-
liter durus. Vrina nigra, fusca, liuida, clara
cum aliquali rubedine ad obscuriratem tendẽs
Aliquando alba subtilis, alui deiectiones nigre
sputũ paucum, acre. Eructuationes accetose,
pusilanimitas, tristitia, sollicitudo. Si hæc si-
gna vel plura ex illis conspicabuntur, humor
melancholicus exuberare significat, quẽ adap-
ta expulsioni cũ syrupis, violarũ acetositatis
citri, de bugloss. de pomis, de fumo terræ, de
epithimo cũ melle Rosato, Oximelle, vel dispẽ
setur talis potus. R. flor. Borag. Bugloss.
anthos violarum ana. M. ß. Mellissæ, Verbe
ne, Scolopendrie ana. M. j. Liquiriciis Rosæ
vnc. j. ordei. p. j. thimi epitimi, spice nardi ana.
ʒ. j. cro. ʒ. ß. Mellis ross. colati Zucari. Tabat-
zet ana lib. ß. fiat potus detur per triduum vel
amplius mane. Deinde euacuet leuiter melan-
cholia cũ sero caprino, vel iure galli decrepiti
epithimo, polipodio, quercino, zinzibere imposi-
tis cum foliculis sene, mirabolanis indis, cum
confectõe hamech dyasene cũ pillulis de fumo
terræ, de lapide lazali: vel cum tali potu. R. Tri
fere psice vnc. ß. confectõis hamechice. ʒ. ij. ß. dis

solvatur cum vnc. iiij. aquæ ordeaceæ, vel de-
coctiõis violar, tamarindorum, polipodij, &
mundificabit corpus leniter, ab humore melan-
cholico, verum digestiua hæc & solutiua triũ
humorum a me iam in vniuersali transcursu,
variari debent secundum diuersorum humorũ
spẽs coniungendo plurium humorũ medicinas
si simul plures pecauerint, q communiter cõ-
tingit, augendo aut minuendo earum doses
secundum temporis, ætatis, corporis, conditio-
nes, & alia particularia per multa quæ perito
medico pensiculanda relinquo. Si vero homo
extiterit robustus, corpulentus, inter puberta-
tis & senij annos cõstitutus. In ocio gaudioq;
vitam traducens, veneris excessu, & laboribus
non exhaustus, vino, carnibus bonis, ouis sor-
bilibus, affluenter educatus, somni multi, &
profundi, somniãs se in sanguine natare, vel
ipsum e corpore fluitare, vel res videre rubeas
consuetus flebothomare. Et si fuerit tempus
vernale, rubedo in copore facie, oculis, & ma-
xime in venis eorum. Vene replete, turgide,
ample, grauitas in supercilijs, temporibus, &
capite, pulsatio, alices, oscitationes, nausea,
sensuum turbatio, lassitudo absq; labore. Pul-
sus magnus, velox & frequens. Vrina rubea,
grossa, instar roseæ rubæ. Excrementa alui, ali
quando sanguinolenta, sputum dulce, aliquan-

do sanguine mixtū. Exitus sanguinis per nates gingiuas, mariscas, sudor multum olens vt hyrcus, pustule sanguineæ, in corpore erūpentes, animi alachritas, & benignitas. Si hæc signa vel plura, ex illis cōparuerint, sanguinem habundare designāt, & si reliquorum humorum signum nullum conspicabit, præmissa ventris lenicione, cū cassia, manna, violis, prunis tamarindis, ad intestinorum feculenta duntaxat excuciendā, sanguinem de vena media dextri, vel sinistri brachij, vel saltem ipsius ramo, minuere stude. Quod si ætas vel impregnatio obstaret, vētosas scapulis appone. Sin autem, aliorum humorum signa & sanguinis nullum ꝓspexeris, reliqui humores euacuent, hoc pacto vt docuimus, flebothomia omino dimissa. Sin autem tam sanguinis quā aliorū humorum superfluentium, signa apparuerint excussis prius reliquis humoribus, flebothomiā subiunge. Si igit hoc modo corpus ab humorum superfluitate mundabitur, efficacissimum præsidium erit, ad pestilentialem, cladem, omino euadendam, qui vero bono regimine rectus superfluis humoribus non abundaret, aut qui ab ipsis iam emundatus est, vtatur pillulis. Ruffi, quæ sic fiunt. R. aloes electi, partes duas Mirrhe, croci ana partem vnam cum pauxillo vini, forment pillulæ, in modum ciceris, de quibus mane, vel sero, binis vel pluribus vicibus, sumatur omni septimana, pondus vnius floreni Vnga. hæ pillulæ, tam a veterib⁹, q̄ʒ retentioribus, sunt laudatissime: adeo, vt cōstanter asserant se neminē vidisse, peste mortuum: qui his debite vsus fuerit, quia ꝓhibent efficaciter, in corpore fieri putrefactionē. Nec minoris laudis & efficatie sunt ille. R. aloes, succo trini. ʒ. iij. mirrhe. ʒ. ij. croci. ʒ. j. reubarbari electi. ʒ. ij. ß. agarici. ʒ. ij. gariof. spice nardi, ana. scrupu. j. corticū citri. ʒ. j. seminis citri, scrupuli. ij. tormentille. ʒ. ß. sandalorū rub. granorū ribes, vel loco ipsius, seminis acetos. ana. ʒ. j. corallorū rub. ʒ. ß. & si tēpus sit calidū, addat boliarmeni præparati. ʒ. j. ß. camphore, grana. ij. agaricus minutim incisus, infundat in oximelle simplici horū sex: deinde puluerisatis omnibus, cum syru. acetositatis citri: forment p. ʒ. j. pill. xv. de q̄bus ʒ. j. vel dimidia sumat in aurora & cōpetūt omnibus confortādo, & superfluos humores leuiter educendo: Attamen pueris infra quartū annū, & mulieribus grauidis administret omni septimana cassia, manna, syru. rosarū violarum, vel mel rosarū. Possit etiā sine nocumēto impregnatis infusio reubarbari, polipodij, folicu

lorū, sene vtiliter exhiberi. Sequēs deniq; syru
pus, est magne virtutis ad p̄seruandū a peste,
mundificās corpus ab omnibus superfluis hu
moribus, corroborādo cor, cerebrū, epar, & to-
tū corpus: & dispensat sic. .Re florū rosarū,
borag. bugloß. anthos, ana. M. ſ. maioranæ
mellisse, gariofilate, cicoreæ, acetos. epaticæ, sca
riolæ, ana. M. j. corticū citri, corticū radicū
capparorū, berberorum, sandalorū rub. spodij,
ana. ʒ. ij. seminis citri, seminū cōmuniū frigi-
dorū minorū ana vnc. ſ. thimi epithimi, mi-
rabulanorū, citrinorū, kebulorū, sene, polipodij,
quercini ana vnc. j. reubarbari, agarici, ana. ʒ.
iij. macis, cinamomi, ligni aloes, nucis mu-
scate, ana. ʒ. j. diptami, tormentile, ana. ʒ. j.
ſ. croci. ʒ. ſ. dyagredij. ʒ. j. ſ. succi boragis.
fumi terræ, pomorū dulciū. ana. lib. ſ. zucca
ri albissimi. lib. ij.. conficiat syru. secundū ar-
tē, & acetoset cū succo cydoniorū: administre-
tur de eo, in crepusculo matutino, coclear vnū
vel vnc. j. cum duplo aquæ buglos. acetos. vel
in hyeme cum vino odorifero, albo.

Quibus medicinis confortati uis, veneno resistentibus, tā ad intra sumen- dis, quā ab ex extra applicandis vtendum sit, vt a peste perseueremur. Ca. vj.

POstq̄ corpus ab humorū superflu
itate mundū erit administranda
sunt, quædā confortantia natu-
ram veneno pestifero a ꝓprietate
resistentia: a medicis besaardica pestis appella
ta. Possunt aūt talia, in forma pulueris ele-
ctuarij, pillularū, vel potus exhiberi: quorum
quædā p̄stabiliora, seriatim recensebo: & pri-
mo puluerē eiusmodi. Re. iacinctorū, rubino-
rū ana. ʒ. ſ. smaragdorū, sapphirorū thopasi-
orū ana scrup. ij. margaritarū, perforatarū,
& nō perfo. ana scrup. ij. ſ. coralli vtriusq;
spodij, rasuræ, eboris, ligni aloes ana ʒ. ſ.
ossiū de cordibus ceruinis, numero sex: cornu
cerui vsti, & in aqua roß. exstincti: serici crudi
seminis portulace, acetose, coriandri p̄parati,
ana scrup. j. Sandalorū omniū ana. ʒ. j. been.
albi & rubei: diptami tormentillæ, terræ sigil-
latæ, boliarmeni, loti rosarū ana ʒ. j. ſ. semi
nis citri scrup. iiij. cāphore scrup j. croci. ʒ. ſ.
foliorū auri fini, numero. xxx. Ambre, musti,
ana. grana. viij. conficiat puluis: aut fiat ali
us puluis hoc pacto. Re. radicū diptami, tor-
mentillæ, tunici, ana. ʒ. j. ſ. boliarmeni præpa
rati cinamomi, electi. ana vn. ſ. zedoariæ. ʒ. ij.
seminis acetosæ, seminis citri, corticū citri ana
ʒ. iij. limaturæ eboris, ossiū de cordibus ceruo-

rū ana. ʒ.j. fragmentorū. iiij. preciosorū ana scrup. j. puluerisentur omnia subtiliter, & cō ficiatur puluis. Illi ambo pulueres excellentissimi sunt, contra pestem, sumendo de aliquo eorū mane, ad pondus vnius aurei vnga. vel dimidij estate cum aqua borag. acetos. hyeme cum vino aromatico: vel si placet pulueres, cū zuccaro boraginato: & syru. acetositatis citri, redigant̄ informā electuarij liquidi: vel cū zuccaro candidissimo: in aqua acetos. dissoluto, fiant rotulæ, & deaurent̄, & possunt exhiberi omni ætati, sexui & complexioni: etiam pueris & impregnatis. Verū cum puerico tempore, a vermibus multū infestant̄: fac talē puluerē. Re. centonici, in aceto fortissimo per diē naturalē infusi, boliarmeni loti ana vnc. j. diptami vnc. ſ. rasuræ, cornu ceruini cōbusti, seminis cauliū, ana. ʒ. ij seminis citri, corticū citri, radicū tormentillæ, tunici, terræsigillatæ, margaritharū splendidarū, coriandri p̄parati ana ʒ. j. ſ. fragmentorū sophiri, smaragdi, iacincti, granati, ana scrup. j. coralli rubei. ʒ. ſ. setæ combustæ, seminis plantag. ana scrup. ij. ossiū de corde ceruī, rasuræ eboris ana. ʒ. ſ. rasuræ vnicornu, si haberi potest scrup. j. ambræ, gra. iij. conficiat̄ puluis: exhibeat̄ pueris, ad pōdus dimidij aurei vng. in aqua portulacæ, grami-

nis, vel vino limphato, lactentibus cum modico lacte, & est medicina sublimis, & preciosa, tam a vermibus, q̄ȝ peste p̄seruans, & liberans. Sequens etiam elect. contra pestē est eximiū. Re. boliarmeni p̄parati vnc. j. ſ. cinamomi vnc. j. radicū diptami, tormentillæ, tunici ana, vnc. ſ. coriandri p̄parati. ʒ. iij. corticū citri. been vtriusq;, terræsigillatæ, corali rub. sandalorū citrinorū, limaturæ eboris, margaritharū nouarū ana. ʒ. j. ſ. karabe macis, ana. ʒ j. centonici infusi. ʒ. ij. seminis portulacæ, acetosæ, endiuiæ, spodij, ligni aloes, ossiū de corde ceruino ana, scrup. ij. auri & argenti, subtilissime limatorū ana scrup. j. camphoræ grana iiij. & si habes vnicornu. scrup. j. anthoræ ʒ. j. fiat puluis, & cum syrupos. acetositatis citri, redigatur informam electuarij. Vel recipe huius pulueris, vel alterius, predictorum vnc. j. zuccari, tabatzet lib. j. succi acetosæ, succi pomorū redolentiū ana lib. ſ. decoquantur succi ad consumptionē tertiæ partis, semp despumando: deinde dissoluto in his succaro, fiat elect. in tabulis, de quo capiat̄ ieiuno stomacho vnc. j. vel media. Aut facito confectionē eiusmodi p̄stantissimā. Re. specierū triasandali, specierū dyarodon abbatis, specierū leticiæ Gal. letificantis Almansoris ana ʒ. j. specierū

elect.de gẽmis.ʒ.j.ſ.troc. de terra ſigillata tro
ciſ. de cãphora ana.ʒ.ſ. ʒucca. lib. j. fiat cõ=
fectio ſolida in morſellis cum aqua borag. &
deaurent morſelli. Similiter cõpetunt manus
chriſti plati cum ſandalis dyarodon abbatis di
iaſandali rob.de rubes, de berberiſ. pſertim tẽ
pore æſtiuo. Dyambra dyamuſcus elect.de gẽ=
mis, dyanthos, lætitia Gal. lætificãs rhaſis,
pſertim frigidis, aut tempore frigido, de qui=
bus ſumat vnc.j. vel dimidia, omni die tyria=
ca, etiã confectio metridatica, a Gal. & Aui.
plurimũ laudant, contra peſtem: ſi de eis om=
ni ſeptimana ſemel vel bis datum fuerit, ad põ
dus vnius aurei vng. vel dimidij, ſaltem cum
vino odorifero, in crepuſculo matutino: & ab=
ſtineat deſup horis quinqȝ: ſeqȝ homo veſtibus
cooperiat, vt ſudet: Iuuenibus tamẽ parũ det
cũ aqua acetoſ. vel endiuiæ. Loco aũt tyriace
vti confectione tyriacali, aurea contra peſtem
laudabile eſt. Similiter cõfert plurimũ, ſi ma
ne bibat hauſtus vnus: ſyrup. acetoſ. citri, de
limonibus, de arantijs, de pomis, de agreſta,
endiuia, portulaca, roſarũ, abſintij, de bugloſ=
ſa, & ſimilibus: Aut fiant tales pillulæ: Re=
cipe xiloaloes, ʒ.ſ. tormentillæ ſcrup. ij. dipta
mi ſcrup. j. zedoariæ electe. ʒ.ſ. croci ʒ.j.ſ.
verbene ʒ.j. cornu cerui, ſandalorũ rub. coralli

rubei, ſeminis acetoſe, ana, ʒ.ſ. boli armeni p
parati. ʒ. iij. cãphoræ grana ij. gẽmarũ elect.
de gemmis ʒ.ſ. margaritharũ lucidarũ ʒ.j.
vnicornu ʒ.ſ. confice pillulas inmodũ ciceris
cũ ſyrup. roſarũ vel acetoſitatis citri, de qui=
bus omni mane accipiat ʒ.j. vel dimidia, cõ=
fortant etenĩ, & venenũ phibent: patet igit ex
hoc, & pxime ſuperiori capitulo. Si paſſum
quod eſt corpus noſtrũ, ineptum reddere cupis
ne peſtiferam recipiat ab agente impreſſionem.

Ex cute repletos nocuos e corpore ſuccos,
Et bibe, quæ cõtra dira venena valent.

¶ Sed vt harũ omniũ medicinarũ, debitũ
vſum habeas. animaduertendũ q omni ſepti=
mana bis, vel ter, mane vel ſero, accipiant pil=
lulæ, de pillulis, vel de ſyrupo, in fine in pro=
ximo ſuperiori capitulo deſcriptis, & eodem die
a reliquis medicinis abſtinere potes. Simili=
ter omni ſeptimana accipe ſemel vel bis, tyria=
cã, mitridatẽ, vel confectionẽ tyriacalem con=
tra peſtẽ, deſcriptiõe cõmuni, & ſufficit eodem
die. Reliquis aũt diebus omnibus, aut quoti=
ens foras egrederis, aut quandocũqȝ aliquem
horrorẽ de peſte concipis, ſumme de medicinis,
veneno reſiſtentibus, & naturam confortanti=
bus, videlicet de puluerib⁹, electuarijs, pillulis
ſyru. in hoc capitulo deſcriptis quodcũqȝ illorũ

in promptu habere poteris. Ab extra etiā applicata, opem aliquā p̄stant: lauentur os, nares, facies, manus frequenter cum aqua rosacea, muscata vel camphorata, vel saltē aqua roß. simplici: cū modico aceti fricent̄ nares, dētes, labra cum tyriaca, gestet̄ in ore zedoaria, tempore frigido: sed tempore calido formentur pillulæ ex boloarmeno, terra sigillata, sandalis, rosis, karabe dragagarito: & teneant̄ in ore. In collo vero digitis & super regiōe cordis portent̄, lapides p̄ciosi, smaragdus, saphirus, topasius, iacinctus, carbūculus. Aut fiat sacculus super corde ex rebus cordialibus. In manibus vero deferant̄ poma odorifera: tempore quidē calido eiusmodi. Re. laudani elect. karabe ana ʒ. ij. floꝝ roß. nenufaꝝ, boliarmeni, ana ʒ. j. ß. ligni aloes, masticis, storacis, calamite ana. ʒ. j. coralli, sandali rub. ana ʒ. ß. musci grana iiij. camphore grana vj. puluerisanda pulueriseñt, & i mortario cum pistello calido, forment̄ poma. Tēpore frigido aūt tale. Re. laudani vnc. ß. storacis, calamite. ʒ. ij. ligni aloes, gariof. nucismuscate, spice gallice, muscate ana. ʒ. j croci. ʒ. ß. ambræ scrup. ß. musci grana vj. conficiant̄ poma fragrātia, quæ serico, auro, vel argento inclusa sæpius odorent̄. Sed quoniā pauperes, multas

receptas p̄scriptas, ex auro argento gēmis p̄ciosis, cæterisq; transmarinis, sibi emere, non habent, ad eorū salutem pauca repetemus. In primis igitur emant & accipiant saltim omni septimana pillulas pestilentiales cōmunes, ad pondus vnius vel saltē dimidij, vng. flore. diebus vero reliquis, non vtant̄ pillulis, sumāt in vino, vel saltem aqua cū modico aceti pulueres sequentium rerum quæcumq; facilius habere possunt: videlicet pulueres diptami, tormentillæ, boliarmeni, acetosæ, sicce vel viridis, coriandri per triduū in aceto infusi & exiccati, granorū iuniperi, pipinellæ, gencianæ, enulæ campanæ. Aut componat̄ eiusmodi puluis, ex rebus citra marinis facilis p̄cij. Recipe diptami, tormentillæ ana vnc. ß. pipinellæ, valerianæ, enulæ campanæ, boliarmeni, ana ʒ. j. rutæ, betonicæ, saluiæ, melissæ, ana ʒ. ß. seminis acetosæ ʒ. vj. seminis portulacæ ʒ. iij. seminis basiliconis ʒ. j. ß. coriandri infusi ʒ. ij. cornu cerui ʒ. j. fiat puluis, si placet cum melle despumato: redigat̄ in formam electuarij, de quo sumat̄ omni mane coclear mediū cū vino pulueris: pondus vero vnius flo. vngaricalis sumatur similiter.

Cāphora zinziberi si pondere iungitur equo
Pestiferam ꝓhibet mane comesta luem.

pro pauperibus medicina

Similiter bibant pauperes, de mane haustum de succo scabiosæ, vel kalendulæ, aut verbenæ seu parũ de aceto, vel comedant panem tostũ aceto madefactũ, & præseruabunt, & cũ ipsi multũ confidant in thiriacã. Sed quia non habent soluere magnã, quæ quidem esset optima. Exhibet eis cõmuniter Tyriaca dyatesseron, loco ipsius eo tempore eiusmodi ꝓ pauperibus confici posit. ℞. Betonicæ, Rutæ, Saluiæ ana. M. j. seminis acetos. vnc. j. granorũ iuniperi, vnc: ij. Aristolochiæ rotũdæ, gẽtianæ pipinellæ, enulæcãpanæ, baccarũ lauri. Men. ana. ʒ. j. . ſ. luf. vtriusqꝫ fu. Vincetoxici scabiosæ, ana. ʒ. ij. ſ. Tormentillæ diptami, ana. vnc. ſ. cũ Oximelle simplici, vel melle despumato, fiat electuariũ, de quo sumat mane bis vel ter in septimana, hyeme cũ vino, estate cũ aqua & aceto, ad pondus flor. vng. Similiter, Saluia, Ruta, Nuces, Ficus (si tũdis aceto) Antidotũ facient toxica sæua domans. Princeps Auic. ab inicio fen. sexte quarti contra omnia venæna talem facit compositionẽ. ℞. rutæ siccæ. ʒ. x. nucũ. ʒ. ij. salis cõmunis, ficuũ ana. ʒ. v. cũ mele, fiat electuariũ, vel conficiat sic secundũ intentũ eiusdem canone secũdo, capitulo de Ruta. ℞. seminis rutæ. ʒ. ij foliorꝝ eius, vnc. ſ. boli armeni, vnc. j. ſ. nũcũ cõmuniũ ab ambobus corticibus mundatarũ, vnc. iij. fiat cũ melle electuariũ, de quo sumat ieiuno stomacho, quãtitas auelanæ. Vel sic secundũ Rasim. ℞. nucũ excorticatarꝝ vnc. iij. salis cãdidi, foliorũ rutæ, ana vnc. ſ. ficuũ albarũ, quantũ suficit, ad prædictarũ comixtionem. Abluãt pauperes, faciem, os, nares, manus, crebro cũ aceto deferãt secũ herbas redolentes, Saluiã, Rutã, Basiliconem, Origanũ, Pulegiũ, Valerianã, & similia. In aceto prius infusa & olfaciant, & vt omnia breuibꝰ colligamus perspicuũ est ex dictis sex potissimũ præsidijs nos adiutos, pestilenciã posse euadere. Quorũ primũ est fuga. Secundũ corporis mũdificatio, ab humorꝝ supfluitate. Tertiũ est euitare homines infectos & omnem contagionem. Quartum corrigere aerem alimentũqꝫ corruptũ. Quintũ confortare corpora exhibẽdo medicinas venæno resistentes. Sexto adhibere quedã forinsecus corpori, quæ naturã confortãt & venæno resistũt, vt igit breuissime dicamus

Aufuge, mundifica corpus, contagia vitans
Emendãs aurã, conforta, defer ab extra.

¶ Quæ si diligenter obseruata fuerint hãc rabiosã cladẽ diuino opitulamine sani & læti super viuemus.

Quae signa indicēt quenpiā iā actu esse infectū. Et quæ ipsius perniciē aut salutem significent. Cap. vij.

Hactenus præseruandi formulā, psequuti sumus, nūc paucis absoluemus, quomodo peste correptus sanitati restituat, quo vero facilior fiat omniū ppensio, signa demonstratiua hominem iam actu esse infectū, sunt prælibāda. Unde non ignorādū q signa hominis infecti variātur secundū maiorem vel minorē corruptionem impressā, & secundū humorū peccātiū, varietatē in malicia & furiositate. Omnibus tāmen communiter infectis superuenit angustia, inquietudo & conturbatio febris exterius lenta, vehemēter adurens interius. Sitis linguæ, nigredo & ariditas. Nausea, dolor capitis, punctiones in corpore discurrentes, dolor incendiū, & quasi suffocatio circa cor facies repente immutata a forma sana, virtus deniq; in illis subito deficit. Anhelitus fit magnus frequens & fœtidus, mens sæpe a ratione alienat, quosdam vigiliæ, & insomnietas, quosdam somnus profundus inuadit, pulsus fit debilis, paruus, velox, & frequens cuius sistole est maior diastolæ. Urina apparet aquosa, nō habens

debitam substantiam, variata tamen secundum humorū dominiū, aliquādo liuida, aliqñ subiugalis, vt iumentorū quod frequētius cōtingit Excremēta alui, liquida, pinguia, spumosa, putrida & fœtida, aliquando cū fluxu coleræ, & aliorum humorū, vomitus croceus niger, & aliorū colorum sudor & omnia que exterminantur fœtida, quod si hæc signa vel plura ex illis consideraueris hominē esse infectum ne dubites, & presertim loco, & tempe suspectis, etiam si nullum apostema ab extra apparuerit. Quoniam si glandula, Antrax, Carbunculus in corpore vsquā eruperit nimis certus eris. Cum aūt quispiam tempore pestis absque manifesta occasione cōtristatur, de nulla re magis quam de corde conquerens, facie & vrina non multum mutatis, talis patitur febrem ephimeram pestilentialē, cui nisi illico succursum fuerit, eodem die morietur. Quādo aūt facies acuminatur & eius color redditur niger vel obscurus, & in eo maculæ nigræ vel virides apparuerint, mortem accelerare significant. Similiter anhelitus malus, fœtidus, alienatio mentis fastidium cibi, virtus debilis pulsus diuersus, & inordinatus, vrina permanens, aquosa, grossa, nigra/ fœtida, liuida, turbulenta, subiugalis, residētia carēs, & que

non clarificatur. Alui delectio fœtida, vnctuoſa, diuerſorum colorum a principio apparens. & ſi poſt ventris fluxum eger nihil alleuiatur vomitus, fœtidus, niger, viridis. Sudor frigidus, circa caput & collū hœc omnia malum & egroti pernitiem, mortemqȝ prœnunciant. Sin aūt virtus permanet conſtans & valida, & eger fuerit rationis compos, appetens cibum, habens anhelitum bonū, facilem, non fœtentem, ſeruans medicinas ſibi contra venenum porrectas, & non euomens, neqȝ predicta mala ſigna apparuerint, egri reualituri aliqua habenda eſt ſpes, non tñ certitudo omnimoda. Tanta eſt etenim huius morbi maligna venenoſitas, vt vrina pulſu, & omnibus ſignis bonis apparentibus, tñ eger ſubito moriatur, vt inquit Auic. prima quarti. Quare Gordonius dixit, hunc morbū ſecundū plurimum deludere medicos, & Auic. heſitant medici de eſſe eius. Vnde huic morbo illud Plinianum tn ſeptimo aptiſſime cōgruit. Quod cū innumerabilia ſint mortis ſigna, ſalutis ſecuritatiſqȝ nulla ſunt, quare quibuſcunqȝ ſignis ſalutarib⁹ egro ſine mora toto conamine ſubueniendum eſt.

Quomodo ſuccurrendum ſit egro peſtilentico, vt a tam rabido morbo liberetur. Cap. viij.

CVm quiſpiam peſtilentiæ morbo infectus fuerit, quinqȝ rebus principaliter ei diligentiſſime ſubueniemus. Primo exhibebimus ei medicinas, cor tanqȝ arcem vitæ & theſaurarium defendentes, a veneno, ne vlteriorem faciat impreſſionem. Secūdo venenum & putrefactos humores expellemus, per flebotomiā, farmaciam, ſudorem & ſimiles modos. Tertio dabimus continue ſine intermiſſione, tā ab extra qȝ ab intra medicinas cōfortantes cor, & principalia membra, digeſtiuas humorū calorem febrilem, ſitim, & alia incommoda ſedantes. Quarto compenti dieta, cibo, & potu, virtutem ne deficiat quoad poſſum⁹ refocillabimus Quinto diligentem operam impendemus a poſtemati peſtifero, ſi aliquod incorpore excreuerit per id diuertendo extrahendo, & quanto remotius fieri queat venenum a corde elongādo, quæ omnia ſeriatim pſequemur. Vt igitur a primo ſummam exordium ſi homo fuerit infectus, aut ſe tempore peſtis agrauatum ſenſerit, feſtinātér adminiſtretur illi de aliquo puluere vel electuario, in quantitate & cum aqua borag. bugloſ. melliſſ. veluti cap. vj. ſu-

perius de præseruatione expressum est aut su-
matur radix & herba, morsus diaboli, radicis
diptami, tormentillæ, gentianæ, & croci. ex il-
lis equali pondere commixtis conficiatur pul-
uis de quo detur infecto ad pōdus .ij. flo. vng.
in aqua diptami, tormētillę, vel vino iuuenibꝰ
cum aqua acetos. borag. syru. acetos. citri & si
milibus, & est medicina sublimis, Auic. com-
mendat bolum armenū, simili modo exhibi-
tum. Quod si eger has medicinas seruauerit,
signum est bonum, si vero euomuerit malum,
significat enim venenum in corde magnam fe
cisse impressionem, non tñ ab incepto desisten-
dum est, sed abluto ore cum vino porrigetur ei
iterum repetendo quousqꝫ retineat. Quo fa-
cto ad secundum auxilium properet, vbi ani-
maduertendum quod tria principalia membra
cor, cerebrum, & epar, quando aliquid nociui
persentiunt, natura instigante, conantur id a
se in locum viliorem propellere, cor quidem ad
ascellas, tanquam ad proprium emunctorium
Cerebrum ad partes sub auribus. Epar ad in
guina. Quapropter quando infecto homine,
prædicta membra vitæ venenum percipiunt,
cum sit naturæ summe inimicum, toto cona-
mine excutiunt materiam illam venenosam,
ad præfata loca quare intumescunt illic apo-
stemata, instar glandularū. Eiusmodi vero in
tentionem naturæ sūmopere iuuabimus fle-
bothomia, tēpore & modo debit olfacta, quo-
niam si bubo vel glādula pestilētialis in emū-
ctorijs cordis sub alis videlicet apparuerit, in-
cidatur vena media in brachio, vel ramus eiꝰ
Inter digitum minimū & ānularē in eodem
latere in quo est apostema. Si aūt in emun-
ctorijs cerebri sup auribus eruperit, vel prope
Cephalica quæ est vena capitis in curuatura
brahij existens, aut eius ramus inter pollicem
& indicē in eodem latere aperiatur. Si vero
sub gula excreue rit, incisa prius cephalica, ve-
nas linguę flebothomare pderit. Sed si in yn
guinibus bubo intumuerit, ex venis pedis, in
eadem parte flebothomia fiat. Quod si virtu
tis tenor esset aliqualiter imbecillis, tutius est
venarum ramos incidere, que venas maiores
quia minus debilitant, & remotius diuertūt
Si deniqꝫ flebothomiā facere non auderes,
vt quia virtus esset prostrata, aut ætas infra
duodecī annos, seu mulier impregnata, ven-
tosæ super collo pro cephalica, super scapulas
pro mediana, super nates vł curuatura popli-
tis pro venis pedum cū scaturificatione appli-
centur. Cum aūt homo pestilentia intoxicatꝰ
esset nullo apostemate ab extra comparente,

sanguine habundante aut humoribus sangui-
ni permixtis Medianam dextri brachy, vel eius
ramū aperiri faciat. Verum non est omnino
ignorandū, quod ex consulto autoris. xv. propo
sitionū homo infectus, infra spaciū. xxiiij. ho-
rarum, ā principio flebothomiā facere debet
Postea nunquā, nam si vlterius tardauerit
tanta fit in humoribus corruptio, vt farmacia
natura cōfortante, & minus debilitante cō-
petētius quam flebothomia excludātur. Quo
circa quando præfixum tēpus principy elapsū
est. Aut etiam si virtus multum prostrata fo-
ret, aut humores alij quā sanguis nec sangui-
ni imixti peccauerint. Aut quando in principio
apparuerit vrina subiugalis ad albedinē decli-
nans, vel subiugalis propter caloris innati ex-
tinctionē, aut liuida, viribus defectis, nō debet
fieri flebothomia, sed farmatia cū medicinis
solutiuis. Cordialibus. vt sunt Manna, Cas-
sia, Pruna, Mirabolani, Reubarbarorū, aga
ricus, turbit, pillulæ pestilentiales, etiā aliæ me
dicinæ, superius pro quolibet humore descri-
ptæ. Medicinæ deniqз laboriosæ soluentes &
dijagridiate, secūdū gentilis super prima quar
ti sententiā cōpetenter administrari possunt.
Quas ego in his nostris regionibus nedum
vtiles, verūetiam necessarias esse arbitror. Cū

sint ibi corpora vasta, robusta, cōpacta, prauis
humoribus refertissima. Securi⁹ tñ est vices
repetere, aut infra subsistere que semel exquisi
tissime euacuare, vt Hyppo. censuit, & licet fe
stinandū sit ad putrescentiū humorū expulsio-
nem. Attamen eodem die non fiat plebothoia
& farmatia simul, sed præmissa flebothomia
vbi competit solutio ventris per diem vnum
vel saltim horas. xvj. subiungatur, si propter
aliorum humorū corruptionē fuerit necessaria
Nōnulli aūt apparente apostemate præmissa
flebothomia thiriacam vel mittridatē exhibēt
Atqз egrotū pannis optime coopertum suda
re permittūt, sudorē sindone mūda calida, con-
tinue abstergendo. Quo facto egrum cibo re-
focillant, quod non videtur esse vituperādum
præsertim quando nec calor febrilis intensus
nec corpus multitudine humorū repletū esset.
Nam si fuerit ipsius multa repletio, vētris so-
lutionē precedere eiusmodi sudationē ratio p-
suadet, loco aūt thiriace detur confectio Ty-
riacalis aurea, contra pestem cū aqua torme-
tillæ, diptami, scabiose. Pro pauperibus aūt ac
cipiantur hæc omnia vel quæ ex illis haberi
possunt videlicet bethonica, saluia, ruta, ver-
bena, morsus diaboli, cū radice, scabiosa, gra-
na iuniperi, bacce lauri, radices tunici, dipta-

mi, tormētillæ, valeriane, pipinelle, ennule cā-
pane, vincetoxici, serpentariæ, coriandrū, sumē
do de quolibet quantū placet, contundantur.
Deinde infundantur in vino bono per triduū
in vase vitreato bene clauso, vel decoquantur
lento igne donec quarta pars vini paulatim
consumatur de quo potu tribuatur pauperib⁹
infectis, coclear vnū cum modico aceti, præser
uat eū & curat ipsius vsus efficaciter. Pro
tertio auxilio dentur egro continue sine inter-
missione pulueres syrupi. Electuaria supra ca
pi. vj. enumerata, quæ veneno resistunt, natu
rā confortant, febrile incendiū extinguunt, bi-
bat paciēs assidue, quando siti torquetur, de sy
ru. violarum, Rosꝫ. endiuiæ, de acetositate ci-
tri, syru. de limonibus, de pomarantijs, de suc
co pomorū redolentiū, & similibus, sumātur
trocisci de camphora, quos multum cōmendat
Rhasis. Jtidem robu b. de ribe, de berberis, cū
aquis rosæ. cetosæ. mellissæ, borag. Aut ac-
cipe aquæ rosatæ vnam phialam, vini maluai
tici phyalam dimidiam commisceantur,
quibus sandali puluerisati cum modico cam-
phore, & musci in fasciola colligati, infundāt
& facta expressione odoret, atqꝫ bibat. Sed
pro inopibus: accipe succum acetosæ, borag.
buglosꝫ. pomorum redolentiū, succū berberorꝫ,

cōmixtis succis quos habere poteris fiat leuis
bullitio & cum modico aceto, & zuccaro, cō-
ficiatur iuleb. vel Siru. de quo bibat talis de
niqꝫ confectio, sepius est assumēda. R. conser-
ue Ros. borag. buglos. violarū nenufarū ana,
vnc. ß. manus christi perlati, sandalisati, quar
tam. I. Seminis acetos. ʒ. iij. corticū citri. ʒ.
.j. ß. Ossium de corde Ceruino, numero. ij.
musci grana. iij. puluerisatis puluerisādis, ma
nus christi minutim incidatur, & cum Siru.
acetositatis citri fiat electuariū, & deauretur
Quod si flegma vel melancoliā digerere op⁹
fuerit, dentur Sir. acetosus simplex, Syru-
pum de buglos. & prænominati Sir. aroma
tizat i cū ligno aloes, Mace. Cinamomo. Ga
riof. Musco, Croco & similib⁹. Ab extra aūt
regioni cordis applicetur sacculus, c ōpositus
ex floribus Ros. Borag. buglos. Sandalis,
Spodio, Ossibus de corde ceruino, Coriādro
præparato. Semine & cortice citri, Coralis,
Margaritis, fragmētis præciosorū addendo
prædictis frigidis si non est magna inflāma-
tio, Lignū aloes, Macem been, Crocū, Am-
bram, Muscum, cū modico camphore. Aut ex
pulueribus prædictarum rerū, cum aquis Bo-
rag. Buglos. Mellis. Ros. fiat epithima, ma-
defaciēdo in ipso scarlatum, croco tinctū, cor-

di soperponatur tepide. Pauperes aūt bolum armenū puluerisatum, in fasciola ligatū, bulliant in vino, in quo vino imbibāt pannū mūdum, & cordi tepidū apponāt. vinum etiam illud olfaciant, & bibant quoniā mirūmmodum putrefactionē prohibet preseruans & curans se vtente. Sic miserū pestilenticū tā ab extra quam ab intra confortare ne desistas, donec sanitati restituatur. De tertio aūt die vel quarto in quantum exigente humorū multitudine, farmaciam repetere licet, cum solutiuis cordialibus prefatis. Quottidie aūt ventris beneficiū habeatur. si natura segnis esset suppositorijs & clysteris prouocetur.

Quomodo tractādus sit eger pestilenticus aeris correctione cibo, potu, somno & similibus. Cap. ix.

Dicta de preseruatione prius explicata, cū magna ex parte cōpetat infectis ideo eam hic raptim repetemus aerem lectuli ac camere pacientis totū redolere facito, corrigēs incessanter eius maliciam suffumigādo, irrorando & res aromaticas spergendo, sicut cap. ij. dictum est. Sit mansio ipsius boree flatibus peruia, interdiu radijs solaribus, noctu ardē-

tibus vndiqꝫ facibus illuminata, vt prohibito somno humores noxij, foras euocentur, & hoc quidem ab initio, sequentibus aūt noctibus, vbi adesset nimia insomnietas, lumina amoueantur. Vtile etiam est egrum de domo infecto, in aliam domum, vel saltem camerā mūdam, correcto ibidem prius aere, bis vel ter in die trāsferre, aut omnino si cōmode fieri potest, in aliū locum aut villam, non pestilem traducere, & hoc primo die. Reliquis diebus potius quiescendū est, ne virtus debilitetur, aut materia venenosa agitata cor petat. Nam vt inquit princeps secunda quarti Quandoqꝫ motus infirmi ad assellam est causa mortis. Sepius preterea vestimenta, linthei, culcitra, lectulus egroti permutētur. Cibus eorū debet esse multum nutritiuus, virtutem restaurans, digestioni obediens, facilis couuersionis, in spūs alteratus ad frigidū & siccū maxime cū acetosis vt putrefactioni resistat, appetitū incitet, estū febrilem remittat. Dentur igitur contusa, & iuscula carniū laudabiliū, & alia fercula preparata cū rebus cordialibus, vt sunt acetū vini, mala granata, pomarantia, limones, pyra, cytonia, vue acerbe, berberi ribes, & eorū succi, flores Ros. borag. endiuia, portulaca, cicorea acetosa. Similiter sandali, spodiū coriā

drū, bolus armenus, cortices citri, camphora, muscus, macis, crocus, & similia superius enumerata. Cū aūt in illis communiter appetitus prosternatur, vnde cibū renuant, alliciendi sūt inducēdiqꝫ quouis modo vt sepius aliquid alimenti assumant. Quod almansor in decimo de febre pestilentiali præcepit dicens, hac laborantes passione, ad cōmedendum aliquid sunt cogēdi. Cui princeps prima quarti alludit his verbis. Quando cadit appetitus exhortentur ad comestionem. nam plurimi eorū, qui viriliter agunt super illud & comedūt violenter absoluuntur & viuunt. Sed cū hic morbus inter omnes maxime cordis spūs corrūpat, vires exterminet, naturamqꝫ acrius expugnet, quo exactius omnibus succuratur. Accipe gallinam caponem, fasianū, perdices, aut carnē bonam, hedinam, agninā, vitulinā, abluatur eiusmudi caro aqua rosacea, aceto vel vino bono, atqꝫ minutim incidatur, quo facto cūm sandalis, coriandro præparato, floribus rosꝫ. nenufarum cicorea, acetosꝫ. camphora, musco, mace, croco, cū lamina auri vel cū aliquot florenis & cū alijs cordialibus ponatur ad alembicū & destilantem humorem egro propina, & si in balneo marie distilletur, melius erit. Aut si libet carnes prædictas frustratim incisas cū rebus cordialibus, atiro & modico aquæ rosatæ, & vini, maluatici, cātharo stanneo, seu vasculo quopiam vitreato, bene obtūrato, impositas decoque, per horas quinqꝫ. In olla aquis plena, super igne nō fumanti, quo facto: exprime fortiter, quod est in cantharo, & expressum iusculū tribue pacienti. Aut pro pauperibus caro aliqua ex præfatis in qua & vino cū modico aceto vel limonibus, maciantis, aut cytonijs, elixetur, vel assetur in veru. super igne claro, irrorando persepe, assaturam cū vino, aceto, agresta, aut succo pomorū, vel cytoniorū, & completa tali decoctione, caro fortiter exprimatur & brodium tribuatur ad sorbendum. Quelibet harū triū aquarum pestilentico porrecta, mira celeritate perditos spiritus regenerat, virtutem reparat, & refocillat, & potest cum succo mali granati. citri, citragulorū aut macianorū. vel cū alio cibo adiūcta, vel solitarie in cibū & potū cōuenienter exhiberi, est enim prestātissima. Deide paulatim ad lac amigdalinum ad pultes de ordeo de auena, & ad alia grossiora edulia ascendendū est. Pro potu vero detur aqua ordeacea in quo lamina auri extincta sit, aut floreni bullierint, aut aqua frigida simplex cū aceto & zuccaro, aut succi granatorū citri pomarantiorū & aliorū pomorū

redolentiū, vel decoctio berberoꝝ, & aliarum rerum cordialiū. Consuetis vero & debilibus non vrgente multa inflāmatione prestet vinum aromaticum, clarū, limphatum cū aqua ordei Ros. acetos. endiuie, cicoree, portulace. Aut bibantur iste aque distillate, similiter iuleb. & syrupi ante memorati. Sōnus ab initio huius morbi, ante flebothomiā & medicinarum sumptionem vitetur, & precipue qn̄ apostema pestiferum excreuerit, quoniā natura conatur venenū propellere ad extra' somn⁹ aūt ipsum vnacum sanguine, & spiritibus reuocat ad intra, qua de re assistentes, somnolentū egrum ne dormiat, diligenter obseruent, versus auroram tn̄ parum, & succedētibus noctibus indulgentius, dormire permittatur, ne spūs & virtus resoluantur, animus deniq3 languentis, cantilenis, fabellis, & blādiloquo sermone leuet & ad sperandum cōfidentius sanitatem inducatur.

Quid faciendum sit quando bubo pestilentialis sub ascellis inguine, aut alia corporis parte eruperit. Cap. x.

Quando glandula pestilētialis in corpore vsquam intumuerit premissa flebothomia & farmatia eo modo vt dictum est multifarijs ingenijs, venenum per tale apostema extrahimus naturam foras tendentem iuuando In primis igitur gallus cum anu suo deplumato, teneatur super apostema, clauso ipsius rostro, vt per culū trahere aerem cogatur, post horam vnam aut dimidiam applicetur alius, continuando hoc per diem primum. Quod si vnus moritur alio apposito, repente amoueat, & erit signum bonum, quoniā venenum ad se atraxisse significat. Loco autē galloꝝ possint colūbi, galline, catelli, lepusculi, & similia animalia applicari. Similiter olla parua instar ventose magne super pruna calefiat atq3 panno mundo inuoluta, glandule superponatur. Qua frigefacta: alia calēs: & hoc multis vicibus applicetur: aut ventose cū modica vel sine scaturificatione vel sanguisuge ūgulate admoueantur. Aut duo vel tria cepe excauata parum: Tyriaca imple: assando ea: super prunis: deinde totum exprime, & liquorē expressum cum modico aceto pacienti exhibe potandum: residuum vero super apostema emplastrato vel R. farine: seminis lini: camomille ana vnc. ij. ficuum siccarum: numero. x. Betonice. Verbene: ana. M. ß. fimi columbini M. j. incorporentur cum oleis de aneto: & lilio fiat emplastrum: aut aliter hoc modo. R.

dipt ami vnc.j.ß.radicum ebuli:vnc.j.radicum
nasturcij.vnc.ſ.cepe albi:vnc.ij.coquantur ra
dices in aqua & cepe sub prunis: deinde pistē-
tur, quibus adde olei camomillini:vnc.iij.Re-
sine pini:vnc.j. seminis vrticæ.ʒ.vj.ceræ quā
tum sat erit, fiat vngentum vel emplastrum
& applicetur, hæc quidem citra virium deie-
ctionem: venenum extrahunt quare cōpetunt
pueris:iuuenibus: imbecillibꝰ:& delicatis. In
fortibus aūt & natu grandioribus:ad fortiora
ascendere licet: apponantur ergo eis: ventosæ
magnæ: cum profunda scaturificatione vt ve-
nenum: cum sanguine extrahatur. Similiter
ex gūmatibus Galbano:serapino:armoniaco
euforbio ex fermento acri sapone nigro: calce
viua:vitriolo stercoribus auium nucibus ran-
cidis sinapi:& similibus:addendo quæ vene-
no resistunt:veluti sunt Scabiosa:rutha:be-
thonica: verbena:diptamus:gentiana cepe:a-
ristologia:& eiusmodi cum cera resina:terpē.
tina:oleo anetino: liliaceo: camomillino: &
talibus conficiantur vngenta vel emplastra
& glandulæ superponantur:hæc enim venenū
extrahunt:& resoluunt fortius. Sufficit aūt
talia emplastra semel in die:vel in duobus die
bus ter imutari, & debent tepida administra-
ri in medio deniq; emplastri fiat incisio, ꝑ mo-

dum crucis, ne vnctositate emplastrorum po-
ros obstruente venenū transpirare nequiens,
intra conculcetur. Quamobrem neq; fascia
fortiter constringi debet, nullo aūt pacto frigi-
da seu actu seu potentia, apostemati propin-
quuent: quia venenum intro repercuterent.
Corporibus aūt fortioribus & multū robu-
stis, cauteria, potentialia, vesicantia, cū sint
vehementis atractacionis nō inconuenienter
administrari possunt sicut calx viua, vitriolū
virid æxris, arsenicum, capitellum, ex calce &
sapone, aqua fortis pecia in illis madefacta,
flāmula herba. Similiter cantarides pulue-
risati, leui igne in oleo veteri buliti, cum fimo
accipitris, anserum vel passerum, donec ad
formam emplastri redeant. Aut recipe calcis
viue, lib.ii.aluminis, rochiæ, cinerum cribrato
rum, ana.lib.dimidiam. Ex quibus lixiuium
factum decoquatur in vase æneo vel vitreato
donec in lapidem cōuertat.

Quo facto celeriter recōdat i āpulla bene clau
sa nē ab aere contingatur quoniā in aquam
solueretur de cuius lapidis puluere quantitas
auelanæ apostemati, & subtus in tribus vel
quatuor locis, ab apostemate apponatur, vt si
sub alis fuerit bubo in brachio vesice fiāt, quæ
magna satis incisione aperte venenū longius

ã corde diuertunt & extrahunt. Aliqui etiam cauterium actuale apostema ferro candenti adurentes, propter subitam fortemq; atractionem collaudant. Verum illud in homine laborioso duntaxat, & robustissimo licere credo Præterea hæc omnia a principio fienda continuari debent, præsertim vngenta & emplastra, quousq; venenum fuerit extractum, quod aliquando primo die, aliquando secundo vel tertio contingi ex quiete & pacientis quadã subleuatione, dinoscetur. Post hæc maturetur apostema, cum emplastro ex radicibus maluauisci, lilij, decoctis & pistatis cum farina fenugreci, seminis lini, mucillagine, ficuum axungia suilla & eiusmodi facto, quamprimũ aũt maturari inceperit ruptorio comuni, ex sapone molli, & calce, vel mucilagine sinapis aut si libet ferro apperiatur, deinde facta mũdificatione cum succo apij, melle, farina, ordei paulatim consolidetur.

Dubia quędam decursu pestilentiali queri solita paucis mouentur & discuciuntur. Cap. xj. & vltimum.

QVam ob causam pestilentia, in vno prius quam in alio loco, seuire incipit, & diutius in vno quam in alio immoratur, cum proueniat ex eiusdem aeris corruptione vniuersali. Respondetur, quod hoc contingit propter diuersitatem aeris particularis, quoniã subtilis aptior est, quam grossus, quãlibet suscipere impressionem, vnde prius recipit & receptũ celerius dimittit. Grossus aer aũt, posterius recipit & receptam corruptionẽ diutius tenet, possint etiam his aliæ accedere causæ vt humana corpora, in vno quam in alio loco infectioni aptiora, parcialis loci influẽtia, contagium & id genus similia.

Qualis aer subtilis an grossus est homini perniciosior Respondetur, quod vterq; fere æque nocet. Subtilis etenim breui temporis momento, plurimos violenter rapit. Grossus vero longiori temporis tractu, totidem lenius extinguit. Subtilis quidem in hoc est tolerabilior, quod eius malicia facilius corrigi põt grossus vero in hoc minus offendit, quod corpora contra eum facilius armari possunt cũ non sit adeo penetratiuus vt subtilis.

Quare pestilentia ex putrefactione aeris prouenire dicitur, cum aer sit corpus simplex, quod nõ putresit, cum putredo sit passio mixti vt philo. vult. 4. metha. Respondet Auic. 2. fe. primi & prima quarti, quod aer nos ambiens non sit simplex sed mixtus, ex vaporibꝰ aqueis

& fumis terreis: & huic toto agregato accidit mala qualitas putrefactiua, vitę humane contraria, licet aer in sui orbis conuexo prope speram ignis sit purus & simplex, & illic nō putresit, de quo aristoteles intellexit.

Quo tempore anni pestilentia, frequentius aduenire solet. Respondetur quod licet omni tempore ingruere possit, tamen circa autūnū & finem æstatis secundum plurimū incipit, & atrocius sæuit, cuius causa est, quoniā aer subtiliatus per calorē æstatis præcedentis, aptior est, a putridis fumis sibi permixtis, suscipere impressionem, & propter suam subtilitatem promptior est ad penetrandū, corpora nostra, quæ etiam protunc sunt aptiora ledi quia per præcedentis æstatis caliditatem, sunt rarefacta, penetrationi peruia, & calor naturalis dispersus, & diminutus, spiritus resoluti, virtus debilitata, quare præfata tempora, sunt pestilentiæ magis proportionata.

Propter quam causam Aues quædam, & alia nonnulla animalia, tēpore pestilentiæ fugiunt aliorsum: an si manerent morerentur. Respondetur qđ talia animalia, apprehendētia aliquem locum, suæ vitæ esse contrarium, ex sagacissimæ naturæ instinctu, discedunt in locum alium, sibi conuenientē, & hoc nō casu aut euentu fortuito, sed alicuius rei gratia, vt se saluent videlicet, quoniam natura semper agit propter aliquem finem, vt ait Aristoteles secundo phisicorum. Neq; fugerent nisi morerentur, vel saltem egre viuerent, quia deus & natura, nihil faciunt frustra.

An ex comuni aeris corruptione, vel an ex contagione, plures inficiantur. Respondetur, quod cum aer venenosus sit causa vniuersalis, & minus vitari possit quam contagio, plures ex eo, quam ex contagione intoxicantur, & hoc quidem vbi homines prouidentia vtuntur fugientes infectos & cum illis conuersantes, neque ullum admittentes, ex loco pestilentiali venientem. Sed cū in quibusdam locis nihil illorum animaduertatur, sed confluunt ad infectum, tanq̄ ad ludum. Cadauer in domo, vel templo, vbi omnis multitudo concurrit, diu seruatur, & quod inhumanū & stultissimum existit. Amici & noti, vnacum paruulis & infantibus lactentibus, feretrum circunstātes, cadauer amplexantur, attrectant, exosculantur, nullo remedio præmuniti. Ex quibus multo plures, contagione quam aeris corruptione vniuersali moriuntur. Qua propter prudentes rei pub. gubernatores. ignauum, & stolidum vulgus, ab eiusmodi contagionis in-

cursu, coerceant, & simplices etiam inuitos, ad eorũ maximam vtilitatem cogant, & multo profecto homi num milia, secũ saluabunt.

Quo pacto a vestibus pestilenticorũ inficimur. Respondetur, quod vestis contrahẽs venœnositatem, ex aere corrũpto, vel ex fumis, anhelitu, aut sudore hominis infecti, inprimis corrumpit aerem sibi proximum, & ille sibi cõtiguum, donec totus aer alicuius camere, vel domus fuerit venœnatus, quem cũ homines inspirauerint itoxicantur. Quod si homo, induerit eiusmodi vestimenta, tanto est pernicio sius, quanto venenum propinquius, cum om̃e agens fortius agat in propinquum, quam remotum, venenando etenim circumfusum aerẽ & se per poros insinuando, inficit portantem.

Cur claustrales, & incarcerati, interdũ omnes euadunt, interdum vno mortuo, omnes pene moriuntur. Respondetur, quod illorum aer coopertus & inclusus grossior est, & ĩpressioni plus obstans quam aer liber, vnde aliquando non recipit vniuersalem aeris corruptionem, ergo ab ipso non leduntur, ad hoc accedit quod parũm aeris atrahunt, cum exercicio careant, & bono regimine recti tam aerem extrinsecum venœnosum, qnam contagionem deuitãt. Sed quãdo illorũ aer grossus inficitur cum fiat per fortem causam, nisi illico fugerint, aut aerem emendauerint, vno infecto, omnes facile periclitantur, quia sunt ĩ natura quasi equales, eo quod eodem aere particulari, vno regimine, vna consuetudine, & vno quasi anhelitu victitant.

Quare scabiosi, artetici, podagrici, & mariscas pacientes, non inficiuntur peste. Respõdetur, quod natura consueuit in illis superfluos humores ad extrema propellere mũdificãs per hoc, membra prestantiora, & per illã purgationem naturæ facilius euadunt, vnde præcipitur, vt tempore pestis, nullus consuetus naturæ fluxus, repente cohibeatur, & nõnulli tẽpore pestiferi decursus, prope emũctoria principalium, scabiem & vesiculas sibi faciũt, vt se natura per eas paulatim expurget. Quod si in ficerentur, natura consueta, & velut quodam incitabulo monstrante, venennm leuius ad extra propulsaret, quod nõ videtur rationi omnino dissentaneum. Verum vbi natura spõte sua, in prædictis se subleuare conatur, cum sit cæca, se semper regulare nescia, sæpe supflua sæpe diminuta securius est, ipsius operationẽ arte dirigere & moderari.

Qua de causa (vt fertur) pauci bibuli, ex peste moriuntur, Respondetur, quod cum aer ve

nenosus, secūdum principem auic. In primis occurrat spiritibus cordis, eos corrumpendo. Vinum vero multiplicat, restaurat & celerit regenerat spiritus, & cor sua aromaticitate confortat, & aerem circumpositū rectifiicat, quare ipsius potores, sæpius euadunt. Moderatus tamē vsus vini, omni ex parte laudabilior existit.

Numquid aliquis possit ire per aerem infectum sine lesione, expediendo negocia sua, vt mercatores & artifices. Respōdetur. quod sic mundificando tamen prius corpus ab humorum superfluitate, & sumendo medicinas preseruatiuas, sicut in hoc libello explicatum est. Attamen quoad fieri queat, infectorum commercia euitentur.

Cur aliquando homines: aliquando boues porci oues aut galline moriūtur. Respōdetur quod hoc contingit a singulari quadam qualitate aeri impressa: quæ a proprietate speciuo ca malignam putredinem: in quorundā animalium corporibus generat: quæ est venenū vni speciei animalium & alij nō: sicut reperiuntur aliqua venena per multa, vnam animaliū speciem: & nō aliam perimētia. Turdus enim sine nocumento: iusquiamo vescitur: cetera animalia vero non.

Quare moriuntur aliqui homines: & aliq nō: cum causæ sint vniuersales non tū i diuiduo: sed toti speciei aduersantes Respondetur licet cause vniuersales: quæ se habent sub ratione agentis similiter se habeāt: respectu omnium, quantum est ex seipsis. Tamen corpora indiuiduorum: quæ se habent sub ratione passi: non sunt æqualiter disposita: ad recipiendā illam impressionem. Quoniam vt inquit Auerhois in fine sexti colliget, non omnia corpora leduntur: sed solū præparata. Nam si esset hoc omnibus cōmune egrotarent omnes in aere prædicto. Quare Auic. dixit. Cum aduenit agens, & paciens non est dispositū: non contingit actio: quoniam actiones actiuorum sunt in paciēte predispositio, secūdū philosophū

Quales homines, quarum complexionum ætatum, & cuius sexus, facilius inficiuntur. Respondetur secundum Auic. quod homines habentes corpora malis plena humoribus, oppillata, excessiuo coitu debilitata, dilatatorum pororum, & humida, multæ balneationis celerius pestem incurrunt. Inter complexiones aūt apciores sunt primo sanguinei, deinde cholerici, subinde flegmatici, vltimo melancholici inter ætates vero primo sunt iuuenes. Secūdo pueri. Tertio medie ætatis. Quarto senes.

Com/ plexio/ nes

Quinto decrepiti inter sexum prius inficiũtur, viri posterius mulieres. Itaq; omnium paratissimi pestem incidere sunt, puberes adolescentuli, circa annum xiiij. vel prope, quoniã circa illam mutationem ætatis, calor prius sopitus, excitatur, pori dilatantur, humiditates prius quiete cõmouentur, ebullientes & anhelitus fit consueto maior. Omnium vero minime infectioni paratæ sunt, vetulæ, quare sine ipsarum nocumento, pestilenticiis ministrare possunt, hæc aũt omnia intelligenda sunt, cæteris paribus, quantum est ratione complexionum ætatum & sexus. Melancholicus em̃ prauis humoribus plenus, facilius inficitur, sãguineo, corpus habente mundum, & mulier ipregnata, quam vir, quia est multũ opillata, & humiditatibus plena, & sic de alijs intelligendum est.

Cur robusti adolescentes, & viri fortes, facilius a peste rapiuntur, quam inualidi senes & mulieres. Cum propter suam fortitudinẽ deberent firmius resistere, aeri corrupto. Respondetur, quod in illis fortitudo, non potest tãtum repugnare, quantum propter alias conditiones, habilitantur impressioni, vnde maior est aptitudo passibilitatis, quam resistencia fortitudinis illorum.

Qualiter Auic. prima fen. quarti asserit, homines dilatatorum pororũ pestem incurrere esse aptiores. Et gallenus, primo de differẽtiis febrium & in libello de optima compositione dicit, strictorũ pororũ esse habiliores. Respondetur quod ab extrinseco per violentam aeris venenositatem, facilius inficiuntur, qui habẽt corpora rara, poros apertos & latos siue id sit accidentaliter, sicut in multum exercitatis & balneantibus contingit siue sit naturaliter, sicut in sanguineis, cholericis, & viris cõmunit̃ propter caloris dominiũ in illis, cuius propriũ est, poros aperire dilatare, rarefacere, q̃re plus attrahunt de aere venenoso qui etiam propter corporis raritatem, facilius penetrat. Ergo plus de veneno hauriũnt, cum in maiori corpore (cæteris paribus) sit maior virtus, secundũ philosophum primo cœli & sic intellexit Auic. Sed a causa intrinseca propter facilem corporum putrefactionem, aptiores sunt infici, homines habentes corpora densa, poros clausos & constrictos, siue id sit accidentaliter, sicut sunt corpora crapulosa, humorib⁹ repleta. Siue sit naturaliter, vt sunt flegmatici, melancolici, & communiter omnes mulieres, propter dominium frigiditatis in illis, cuius proprium est claudere poros, constringere, cõdensare, qua

re prohibetur debita humorum transpiratio, que est causa putredinis, & hęc fuit Gal sententia, quare vterqꝫ bene dixit. Primi igitur adhibeant operam impensiorem, in aeris rectificatione. Secundi, in corporis mundificatione, & opillationū apertione.

An inuadens hominem pestilencia, semper veniat cum febre. Respondetur. quod aer putridus, & venenosus, cordi occurrēs, per membrorum porositates siue per os atractus, humores cordis in ipsius venis & arterijs, putrefacit, venęnat, atqꝫ in ebulicionem ponit. propter quod calor & spiritus, ad ipsum defensandum impetuose agitati, in eo & circa ipsū conculcantur. A quibus humoribus putridis, & ebulientibus, a regimine naturę tanquam nociuis derelictis, euaporant fumi calidi qui per corpus diffusi febrem inducūt & hoc in ōni pestilentico contingit, nisi aer cordi obuians foret tam rabiosę & pręsentaneę venenositatis, vt ante talem humorū ebulicionē, hominem interimat, quod nō raro accidit. Videmus enim quosdam tempore pestis circiter x. quosdam circiter. xx. horas expirare. In quibus nulla febris indicia comparent.

An in omni infecto, apostema aliquod, semper ab extra appareat, Respondetur, quod nō

Quoniam natura sepius veneni furiositate preuentu, aut ipsius multitudine oppressa nō potest sui imbecillitate, pestilem humorem foras propulsare, quare multi, sine tali apostemate decedunt.

Vtrum perniciosius sit apostema aliquod foras erumpere vel nullum, & vtrum vnum tantum, vel plura, Respondetur, qꝺ si contingit propter fortitudinem virtutis, potentis super materia venenosa, & per hoc saluātis membrum principale, melius est (cęteris paribus) apostema aliquod foras decūbere, quam nullū & plura, quam vnum, quia venenum remotū a corde, in multas partes dispersum, facilius a natura superabitur. Sed si contigerit, propter multitudinem materię venenosę, plura principalia membra occupātis, perniciosius est apostema aliquod apparere, quā nullū & plura quam vnum tantum, quoniam vbi apostema pestilentiale, ibi venenum.

In qua corporis parte, apostema existens est perniciosius. Respondetur, quod quāto vicinius fuerit, membro principali & pręcipue cordi, tanto exitiosius est, sicut sub alis apparens deterius est, propter cordis lesionem, & ꝑ pinquitatem ipsius, & adhuc periculosius est sub ala sinistra, quam dextra. Eo qꝺ cor cum

suo acumine, multum declinat versus latus
sinistrũ, & quia sinister ventriculus cordis,
est armariũ spirituũ vitalium, quorũ corrup-
tio est exiciosissima.

An semel infectus, & euadens possit in eo-
dem cursu pestilenciæ, iterum infici. Respon-
detur, quod licet aeris venænositas, propter di-
uturniorẽ in eo moram, & perpessam egritu-
dinem sit illi quodãmodo consueta facta, &
eum vlterius minus, quam alios ledat. Cum
a consuetis non fiat actio. Attamen tam ra-
tio quã experientia comprobat eum secunda-
rio infici posse, præsertim si malo regimine aut
contagione fuerit pollutus.

In quod horis, si egro non succuritur, ve-
nenum suam in corde malignitatem cõsuma-
bit. Respondetur, quod non est equalis in om
nibus meta præfixa, sed diuersificatur secũdũ
maiorem vel minorem infectionem factã &
secundũ humorũ putrefactorum tam in quali
quam in quanto, furorem & nocibilitatem, in
quibusdam enim in sex, ymo aliquandꝰ in tri-
bus, in quibusdam in xij. cõmuniter tñ in xxiiij
horis venenũ cordi imprimit corruptionẽ, fe-
bris aũt pestilentialis Ephimera, in xxx. horis
ferme semper miserum paciẽtem extinguit.

Quod dies si eger superuixerit, spes salutis

indubie habenda est. Respondetur, quod licet
diuersitas sit, propter variam in multis dispo
sitionem. Vt tamen secundum cõmuniorem
euentum rerum loquar. Si infectus diẽ octa
uum, vel maxime duodecimum cum quadam
alleuiatione attigerit, proculdubio euadet, post
hos dies. si illis diligens cura fuerit impensa,
raro decedunt. Ante vero, res in ambiguo pẽ-
det, qua de re omni semper sollicitudine sunt
refouendi, miseri egroti.

Quonam pacto contingat, quod sæpe in
homine infecto, pulsus bonus. vrina bona, nec
non alia signa salutaria comparent, tamen
eger subito morit̃. Respondet. Gentilis super
prima quarti, id triplici modo fieri posse. Pri-
mo, qñ aer pestilencialis, inducit calorem acci-
dentalem remissũ. Vnde homo lẽte febrit nõ-
dũ tamẽ ille calor sit venenosus. Et toto tem-
pore quo ille calor nondũ est venenosus, febriẽs
habet pulsũ bonũ, & vrinam bonam, proce-
dente aũt hac alteratione, in certa mensura, i-
ducit̃ calor venenosus, repente egrũ interficiẽs
Secũdo contingit qđ aliquis tẽpore pestis in-
currat febrem sua natura salubrem. Cũ qua
in aliqua parte spiritualiũ latitet materia ve-
nenosa, generata ex aeris corruptione, stans ta
men quieta, & oculta, in hora aũt crysis hu-

tus salubris febris, vel alia hora moueatur ista materia & contingens cor, subito interimat infirmum & iste casus non tantū in peste sed alio quoq; tempore persepe accidit, infestans medicos, absq; illorū culpa. Tercio modo fieri potest: quod stante eiusmodi febre salubri: cuius materia est benigna: pulsus & vrina ipsius salubritatem attestantur. Attamē tempore pestilentiæ, illa materia propter aerem venenosum continue inspiratum: conuertatur in vænenositatem quæ egrotū infelicem celeriter perdat: quod si aer nō fuisset corruptus nūquam contraxisset venonositatem.

Epilogus.

Hæc in præsenciarū occurebāt que de formula præcustodiēdi: liberandiq; a stupenda clade pestilentiæ tenui libello perstringeremus in quo nihil asseruim⁹ :nisi quod tam rationi q̄3 experientiæ: & illustriū medicorū tradicionibus: consentaneū existit: vbi si ob tumultuariam scriptionem quid minus erudite aut incomplete: proditū esset quo nihil humano ingenio accidit peculiari⁹ doctioribus huius saluberime professionis: & castigāda: & suplēda q̄3 libētissime cōcedo: plura eñ dici poterāt: q̄ breuitatis gratia: cōsulto p̄terij. Si quid vero ad

ro ad humanam salutem vtiliter exarauimus id totum in laudem, & immortalem gloriam, summi rerum architecti redundet. A quo (vt verbum philosophi vsurpemus) dependet cœlum & terra & tota natura.

Candide lector vt exactius

inteligas hunc libellum. Apposuimus in calce Auicenne caput, De eo quod comeditur & bibitur.

Oportet vt sanitatis conseruator studeat, ne cibi ipsius substācia sit aliquod nutrienciū medicinalium sicut olera, & fructus, & reliqua ab ipsis, quoniā subtiliācia sanguinē, sunt adurencia, & grossa, sunt ipsum phlegmaticū facientia, et corpus grauancia. Oportet aūt vt cibus sit talis quales sunt carnes, et proprie carnes hedorū, & vitulorum lactancium paruorum & agnorum annualium. Et triticū ab extraneis rebus purgatum, quod ex messe sana fuerit collectū: cui nullum accidit nocumētum, & res dulcis conuenientis cōplexionis, & vinum bonum odorem bonū habēs. Alia aūt ab istis non respiciat, nisi secundum modū fuerit medicationis aut secundū præseruationē. Fruct⁹ tamē nutrienti magis similes sunt, ficus &

vue valde mature, & dactili in regionibus & ciuitatibus in quibus esse consueuerũt. Verũtñ quũ aliquis hec comederit si superfluitas inde prouenerit, ad ipsam festinet euacuandã. Oportet preterea ne aliquis comedat nisi post desiderium, neqꝫ in hoc tardetur quũ desideriũ ebullierit, nisi fuerit mendosum vt ebriorũ desiderium & habenciũ fastidium, quoniã tolerare famem stomachũ, putridis replet humorib9. In hyeme preterea nutriens actu calidum comedat & in œstate frigidum, aut quod parue sit caliditatis, & neqꝫ caliditas neqꝫ frigiditas ad rem perueniat quam sustinere non possit.

¶ Scias aũt qđ nihil est deterius saturitate in tempore fertilitatis quam fames sequit̃ i tempore sterilitatis & econuerso. Sed tamẽ conuersio est deterior. Vidimus eñi multos q bus in tempore sterilitatis cibus defecit, postea cum in tempore fertilitatis abũdauit repletos fuisse & mortuos licet vehemens replecio in qualibet dispositione sit pernecabilis siue ex comestione sit siue ex potu. Quod nanqꝫ homines superflue se repleuerunt & suffocati interierunt. Cum autẽ error eccciderit in comedendo aut bibendo aliquod medicinalium nutriencium regendum erit quõ digerat & maturescat et ipse custodiẽd9 a malicia complexionis, que ex eo timetur accipiẽdo post ipsum quod sit ei contrariũ donec digerat. Qđ ergo frigidũ fuerit sicut cucumer & cucurbita temperetur cũ eo quod existit contrariũ sicut allia & porri. Et si fuerit alidũ temperetur cũ cum eo etiam quod ei fuerit contrariũ sicut, cucumeres & portulaca. Et si oppillatiuũ fuerit sumatur quod aperiat & euacuet deinde famem toleret.

¶ Et neqꝫ ipse neqꝫ omnes qui sanitatẽ custodire volunt, aliquid comedant nisi desideriũ fuerit certum, & stomachus, & superiora intestina a primo nutriente euacuata fuerint. Quod enim in corpore est deterius, est nutriẽs super nutriens, quod non est digestum, mittere Et preterea nihil est deterius quam fastidium & proprie cũ fuerit fastidium ex malis nutriẽtibus, quoniã quum fastidium prouenerit ex grossis nutriẽtibus, hereditare faciet iunctuarꝫ dolores, & renũ & disniam, & podagram, & Splenis, & epatis grossitiẽ, et flaticas egritudines, et melancolicas, sed quũ ex subtilibus acciderit nutrientibus prouenient ex ipso febres acute, maligne & apostẽata mala acuta. Verũtñ qñqꝫ necesse est aliquẽ cibũ, aut rem cibo similem mittere super alium cibum, que sit

ei sicut medicina verbi gracia sicut illi, qui nutriencia comedunt acuta, aut salsa, deinde post tempus in quo nondum completa fuit digestio, consequenter eis adiungunt res humectantes ex nutrientibus saporem nō habentibus. Et istis quidem hoc sufficit regimen, & exercitiū non est eis necessarium. Et horum contraria dispositioni, est dispositio eorum, qui grossis ci barijs post aliquod tempus cōsequenter admiscent quod velociter digeritur, & est acutum. Amplius paruus motus post comestionē, ipsū in stomacho quiescere facit, & proprie quum dormiendi post ipsam voluntas affuerit. Accidencia preterea aie horribilia & motus corporei fortes, digestionē fieri prohibent. Et in hyeme quidem cibi pauci nutrimēti non sunt edendi, sicut olera, sed nutriens magis est edendum quod est ex granis & fortis eciam soliditatis & in estate, huius contrarium. Ex cibo eciā nullus ita est replendus, vt non sit ibi locus superfluus sed ab eo est remouēdus reliquijs desiderij adhuc in anima remanētibus, he enim famis reliquie post horam vnam destruūtur. Et in hoc vsus est conseruandus, quoniā deterior comestio est, que stomachi facit grauitatem & deterior potus Est qui temperamentum egreditur, & in stomacho natat, & si aliquo

die superfluerit, sequēti die famelicus maneat & somno vtatur prolixiore in loco temperato in quo neqꝫ sit calor neqꝫ frigiditas. Quod si somnus ei nō aduenerit, multo vtatur incessu suauiter, et continuo in quo non sit quies neqꝫ requies, & parum puri vini bibat. Ruffus inquit. Incessus hic mihi placet, & proprie post prandium, qm̄ bonitatem operacionis cene pparat, Oportet preterea vt post comestionem primo super dextrum latus dormiat pauco tpe deinde super sinistrum reuoluatur, postea reuoluat se super dextrū. Et debes scire quod multis cooperiri pannis, & ceruical eleuare, ex illis existūt, que in digerendo iuuant, & ad vltimū quidem vt membrorū situs ad inferiora sint declinantes, & non ad superiora. Et cibi quidem mensuratio existit secūdum vsum, & virtutem, & vt mensura eius in eo, qui sane est virtutis, sit talis quū ipsum recipit, qui ei grauamen non afferat, & hypocūdria nō tendantur, neqꝫ iflet. Et rugitum non faciat, neqꝫ natet. Et non accidat ex eo nausea, neqꝫ caninū desiderium, neqꝫ casus, ueqꝫ ingenij pigricia, neqꝫ insomnietas, neqꝫ ipsius sapor ī ructibus post tempus reperiatur, quoniam quum post longum tempus sapor in ore repertus fuerit. erit deterius. Declaratnr aūt quod cibus sit

temperatus, quum ex ipso non prouenit magnitudo in pulsu, & in anhelitu paruitas, hoc nāq; non accidit nisi propterea quod stomachus cōprimit diafragma, & propter hoc fit anhelitus paruus, & inspissatur: et cordis necessitas ei prebet augmentum. Magnificatur ergo pulsus, quoniā in virtute non existit debilitas. Ille preterea cui post comestionem accidit caliditas & calefactio, non vna totū comedat hora, sed paulatim per interualla, propterea ne ei ex replecione dispositio accidat, que sit sicut tremor quem postea sequatur calor sicut fortis febris quum calefit cibus. Amplius qui quantū ei sufficit, digerere non potest, cōedendi numerū multiplicet, & quantitatē minuat. Melancolicus preterea nutriente indiget vehementer humectante, & parum calefaciente. Cholericus vero eo quod humectat & infrigidat & ille quidem in quo sanguis calidus generat & bonus nutrientibus indiget frigidis, & pauci nutrimenti & hic in quo sāguis generatur flegmaticus, nutriētibus pauci nutrimenti indiget, in quibus caliditas sit & subtilitas. Nutriencia preterea ordinem in sui receptione habent, in quo sanitatis conseruator solicitus esse debet ne illud quod subtile est, & cito digeritur, post forte nutriēs, quod sit eo durius, i cibo sumat quia prius digeritur quam ipsum & super illud natabit nō habens viam qua penetret, putrefiet ergo & corrūpetur, & corrūpet illud quod ei admiscebitur. Iste eciam nō primo comedere dz cibū labilem, ita vt post ipsū cibū fortem & durū in cibo sumat, quoniam cū ipso labetur cū ad intestina penetrabit eo nondū tam integre digesto, quātum debebat. Pisces quoq;, & que eis similantur post laboriosum exercitiū cōedendi non sūnt: corrūpent, n. & corrūpent humores. Hominū prætérea sunt quidam quib9 concedit comedere illud in quo virtus existit stiptica, anteq̄ sūū comedant cibū. Et isti quidem sunt stomachi laxitatem habentes, ex quorum stomachis cibi descensus fit velociter, & non in eis moratur, donec digeratur. Quapropter stomachi dispositio, & eius complexio sēper est consideranda. Et est etiam aliquis hominū, in cuius stomacho cibus corūpit subtilis qui cito digeri solet, & fortis q tarde solet digeri, in ipso digerit, & hic qdem est cuius stomachus est igneus. Et ex eis est qui huic existit contrarius, quorū quisq; secūdū sūū vsum est regendus. Regiones quoq; naturas habēt proprias, & vsus sūnt res extra racionem & hoc quidem obseruandū est, & oportet vt expe

rimentū in hoc racionē vincat. Est nanqȝ cibus qui solet comedi, in quo aliquod existit nocumentū, & est conuenientior bono non vsitato. Vnaquaqȝ preterea figura, & cōplexio hominis, cibum habet conuenientē & consimilem ad quem mutandum, si voluntas ei affuerit nocumentū ei faciet, & impedimentum. Ex hominibus quoqȝ est cui aliquod nutrientium bonorū, & laudabilium nocet, ipsum ergo relinquere est ei conueniens. Ille vero in quo mala digeruntur nutriencia, ob hoc non decipiatur, quoniam post dies in ipso mali generabūtur humores, egritudines facientes & & pernecantes. Et sepe etiam conceditur ei, in cuius corpore mali habentur humores, vt rem bonam largiter comedat, & proprie quū nō patitur ventrem sibi solui propterea quod est debilis. Quū vero alicuius corpus rarum fuerit, & ad resoluendum facile, nutriēdus erit ex nutrimē te humido, quod cito digeratur, licet rara corpora magis tolerare possint nutriencia grossa, & diuersa, & sint longinquiora ab hoc vt causæ intrinsece ea ledant, & magis apta recipere extrinsecarum causarum īpedimēta Amplius qui multā consueuit comedere carnē si ociosus fuerit frequenter sibi minuere debet. Et ille cuius complexio ad frigiditatem decli-

nat lāgueris bibere debet, & triferas & ex eis que stomachum, & intestina, & venas quæ sunt iuxta ea mundificare consueuerunt. Et nihil quidem deterius est, quam diuersa nutrientia simul adiungere, & post in comedendo tēpus prolongare. Quum.n. postremum nutriens aduenit primum iam incepit digeri, nutrientis ergo partes indigerendo non simulantur. Oportet præterea te scire, quod nutriens melius est, quod melius sapit, propterea quod stomachus, & virtus retentiua vehementer ipsi applicantur, quum bone fuerit substanciæ, & fuerint omnia principalia membra secundum operacionē sibi adinuicem conueniencia, & sana & ista quidem est condicio, quod si complexiones sane non fuerint, & membra in suis cōplexionibus diuersificentur, fueritqȝ epar a stomacho diuersum secundum diuersitatem, que sit supra naturalē, non erit istud considerandū Ex impedimentis vero nutrientis bene saporosi vehementer grossi est quod possibile est vt homo ex eo multum comedat. Ex vicibus preterea saciantis comestionis melius est, vt homo vna die semel, & altera bis mane & vespere comedat, veruntamē in hoc vsus vehemēter est conseruandus, quoniam si ille qui bis in die comedere consueuit, semel comedit, debili-

tabitur, & lassabitur eius virtus. Sed qui di gerendi debilitatem habet, bis comedere dz & raro comedat semel in die. Et qui semel in die comedere consueuit, si ad bis comedendũ redi-erit, accidet ei debilitas, & pigritia, & lassitas, & si sine comestione permanserit nocte illa, debilitabitur, & si cenauerit non digeretur, & accident ei ructus acidi, & malicia anime, & nausea, & oris amaritudo & lenitas ventris propterea quod stomacho immisit rẽ quã non consueuit, & accidet ei aliquod accidentiũ que accidunt ei cuius nutriens non bene fuit digestum, que nunc scies. Et ex eis quidem que accidunt ei sunt dolor oris stomachi & mordicatio & videbitur sibi quod omnia eius interiora, & intestina sunt suspensa, propter vacuitatem stomachi, & propterea quod in seipso colligitur, & contrahitur, & minget vrinam ardentem, & egeret rem ardentem. Et est etiam quum in extremitatibus accidit frigus propterea quod cholera rubea stomachũ inflãmauit. Et hoc quidem est magis in cholericas habentibus cõplexiones, & similiter in eis qui habent in stomacho choleram rubeam, & nõ in toto corpore, & corrumpetur somnus, & de latere in latus reuoluetur. Corpora preterea habentibus in quorum stomachis, cholera rubea magis adunatur, est necesse seperatim comedere, & vt tam velociter sit, quatenus sit antequam balneentur, alia vero ab eis, exercitari debẽt, & etiam balneari, deinde cibari sed comestio balneacionẽ non precedat, quod si alicui necessariũ fuerit comedere ante exercicium solum panem tali sumere debet mensura, vt digeri possit, antequã suum incipiat motum, & quemadmodum oportet motũ, qui est ante comestionem debilem non esse, ita necesse est ei ne motus, qui est post ipsam sit nisi molliter & suauiter. Corrupto preterea desiderio quod ad res declinat acutas, & neqz dulces diligit, neqz vnctuosas, nihil est melius quam vomitũ cum tali quale est oximel cum raphano post pisces prouocare. Qui aũt ex hominibus pinguis existit, oportet ne illico quum egreditur balneũ comedat, sed expectet, & paruũ dormiat somnum, & huic quidem semel comedere in die, est conueniens. Amplius non ilico post comestionem est dormiendum cibo natãte, & a forti motu quantum plus possibile, est abstinẽdum, ne cibus antequam digeratur, penetret, aut sine digestione labatur, aut propter inundationẽ corrumpatur, neqz post ipsum multa bibenda est aqua, que iter ipsum, & corpus stomachi separationem faciat, et ipsum faciat

natare, sed expectandum est, & non est biben-
dum, donec de stomacho descendat. Et hoc qui
dem declarat superioris ventris leuitas, quod
si sitis ei necessitatem fecerit, modicum aque
frigide sugendo sumat, & quanto plus fuerit
frigida: tanto minus ex ea sufficiet. Et hec qui
dem quantitas stomachum alleuiat, & colli-
git. Ad summũ vero oportet vt post comestio-
nem bibat quis, & non in hora comedendi q̃z-
titatem aliquam, que cibo conferat. Sitim
aũt tolerare, & cum ea dormire, infrigiditatis
& humectatis confert, & febres ex cholera ru-
bea habentibus nocet, & similiter tollerare fa
mem. Cholera preterea rubea abũdantibus
ex tolerancia famis accidit vt cholera rubea
ad ipsorum descendat stomachos. Quũqz ali-
quid comederint, ipsorum corrũpũtur cibi & i
somno, & in vigilijs accidet eis illud, quod no
minauimus ex eis, que ei accidunt, cuius cor-
rũpitur cibus. Eis quoqz accidet, vt comedẽdi
voluntatem amittãt. Quibus tunc dandum
est aliquid quod hoc deponat, & eorum resol-
uat naturam cum eo quod est lene, & nõ fa-
stidiens, sicut pruna & parum xirascet. Quũ
qz desideriũ reuersum fuerit, comedant, licet
corpora humida cũ humiditate naturali habẽ
tes, veloci resolutioni sint apti, neqz tantũ fa-

mis tolerent, quantũm corpora sicca pauce
humiditatis habentes, nisi humiditatibus ple-
na fuerit, alijs ab eis que sunt in substãcia mẽ
brorum eorũ, quũ bone fuerint, & conuenien-
tes, & recipientes vt natura eas in nutrimẽtũ
in effectu completum conuertat. Vinũ quoqz
post cibum, est ex rebus magis impedientibus
quoniã digeritur velociter, & penetrat, & fa-
cit penetrare cibum, quũ nondũ sit digestus et
facit hereditare oppillationes & putrefactio-
nem. Res preterea dulces ad faciendas oppila
tiones sunt veloces, quoniã natura eas trahit
antequã digerantur. Et oppilationes quidem
ad multas perducunt egritudines tales, qua-
lis est hidropisis. Grossicies p̃terea aeris et aque
& que maxime est in estate, est ex eis que cibum
corrumpunt. Ideoqz non est malum, vt super
ipsum vinum temperatum bibant, aut aquã
calidam in qua cocta fuerit xiloaloes, & ma-
stix. Et preterea cuius intestina calida fuerint
& forcia, quum grossum comederint cibum,
frequenter accidet vt ipsius nutriens ventosi-
tates efficiat, & stomachum, & partes eius et
dentes. & egritudo mirachia inde etiam proce
dit. Qui aũt stomachum habet vacuũ, quum
rem comedit subtilem, stomachus post ipsam
stringitur, & si postea rem comedere voluerit

grossam, refugiet ab ea stomachus, neqȝ eum
digeret, quare corrumpitur nisi inter ea tem-
pus positum fuerit. Et in huius quidem dispo
sitione melius est vt grossus cibus paulatim
premittatur, quoniam stomachus tunc a sub-
tili non terebitur. Quum autem in aliquo
comedēte repletio superfluerit, aut quia ī eius
stomacho aliquis iūdauerit motus, aut alquis
admiscebitur potus, ad vomendū erit prope-
randum. Quod si hoc ei defecerit, aut vomere
non potuerit, aquam calidam paulatim bibat
quoniā repletionē deponet, & somnū afferet.
Ad dormiendum ergo se prosternat, & quātū
voluerit dormiat. Quod si hoc non sufficerit,
aut ei non aduenerit, considera si te natura ex
cusabit expulsione, bonum erit, & si non, iuua
ipsam cum eo, quod ventrem suauiter soluit,
& calefactum quidem cum tali qualis est tri-
fera, & zuccarū rof. egestionē faciens, aut mi-
stum cum origano murabato, & infrigidatū
cum tali quale est cyminum murabatū, et se-
riezē et tambri. Et potū quidem ipleri melius
est quam impleri cibo. Et ex eo quod est cōue-
niens sumere, est aloes post tale, qualis est ci-
bus hic ad magnitudinem triū cicerum, aut
mediam. ℥. aloes, & et mediam. ℥. masticis &
sextam. ℥. baurach. Et ex eo quod est leue est sū

mere ex therebinthina secūdum quantitatem
duorum cicerum aut triū, & est quū ei admi-
scetur quantū ipsa est, aut minus ex baurach
Et ex eo quod est conueniens, & vehementer
laudatum est parum epithimi cū vino. Quod
si nihil horum sufficerit dormiat sōnum lon-
gum, & die vna a comestione abstineat, et si
alleuiatus fuerit, balneet se & pannum cali-
dum ventri superponat, et nutriens subtiliet.
Et si cum hoc toto, non digestus fuerit, et gra
uitatem, & tensionem, & pigriciam fecerit, sci
as qđ iam vene replete sunt ex suis superflui-
tatibus quoniam nutriēti multo et superfluo
licet accidat vt in stomacho digeratur, raro tñ
digeritur in venis imo in ipsis remanet crudū
et extendit eas, et quādoqȝ scinduntur & gene-
rat pigriciam, & laborem, et alices, et oscita-
tiones. Ipse igitur medicandus est cum eo qđ
ex venis expellit. Quod si neqȝ hoc fēserit, imo
fatigationē tantum, aliquo tempore quiescat,
deinde fatigationis speciem que accidit medi-
cetur cum eo quod modo nominabimus. Si
vero aliquis in annis multum processerit, neqȝ
ipsius corpus ex nutrimento tantum receperit
quātum suscipiebat, dum esset iuuenis, & ei9
nutriencia fiant superfluitates, non tantum
debet comedere quantum solebat, imo minus.

Et quū ille qui regimen ingrossare consueuerat, regimen subtiliauerit, ingreditur ex aere in foramina, et hoc est quod regiminis grossitudo impediebat, sed iā nulla regiminis grossitudo impedit ea. In subtiliante vero regimine, quū ad ipsum ingrossando redit accidunt opillationes. Et calidorum nutriētium impedimenta emendentur cum sirupo acetoso, et quā maxime de seminibus, qm̄ ipse est magis iuuās, quam omnes species sirupi acetosi, si fuerit de zuccaro, sed si fuerit de melle, simplex sufficit. Et frigidorum que ex eis sunt cum hydromelle, et sirupo ipsius, et diacymino. Et que ex eis sunt grossa, cōplexionē habens calidam cum syrupo acetoso de fortibus seminibus, et complexionē habens frigidam ea corrigat cum pauco diatriōpipereon, aut diacalamenti. Nutrientia vero subtilia magis sunt sanitatis cō seruatiua, et virtutem minus iuuāt, et fortitudinem, et grossa sunt istis contraria, et igitur qui cōfortatione indiget, nutrientia fortis chymi sūt necessaria et vehemētis famis cōtrariū Verumtā ex eis non multum comedāt, ideo vt digerantur. Exercitati preterea, et multi laboris, magis sunt tolerantes nutrientia grossa, quos forsitan in digerendo iuuat fortis sōnus, et quia in ipso fiunt profundi. Sed accidit eis

dit eis

dit eis propterea quod multum sudāt, et ex eorum corporibus multa resoluitur quantitas, qđ ipsorum epata ex nutriente rapiunt illud quod nondum fuit digestum, & preparat eos ad egritudines pernitiosas in fine vite, aut in eius principio, et ppt̄e quia sūt ī sua cōfidētes digestiua, quod ex sua habent dormitione, qđ destruitur quū eis frequenter accidunt vigilie proprie quum senescunt. Fructus preterea recētes non sūt boni nisi laboriosis exercitatis cholera rubea abundantibus, et in estate, et eos ante comestionem comedant. Et ipsi quidem sunt, sicut chrysomila, et mora, & melones, & persica, et pruna. Quod si alijs regantur rebus, et non istis, erit melius, quoniā omnis res que sanguinem aquositate implet, que in corpore ebullit, sicut succus fructuū extra licet ea hora iuuamentum prestet, tamē ipsum ad putrefactionem parat, & similiter illud quod sanguinem humore implet crudo licet quandoq; conferat sicut cucumeres & alcheret. Et propter hoc qui is nutrientibus multum vtuntur, febribus sunt apti, licet prius infrigident. Et tu quidem scire debes, qđ humori aquoso plerūq; accidit vt fiat pus & hoc erit, quū nō resoluetur, & in venis remanserit, & quū isti exercitijs vti ceperint, anquā huius mōi aggregē

tur aquositates, & illico quũ fructus comede derint, etiam exercitenẽ, resoluẽt aquositates iste, & minuetur impedimentũ quod per eas habent. Scire quoqȝ debes, qꝺ quũ in sanguine phlegma existit crudum, aut aquositas prohibet ne cibi nutrimentum corpori adhereat. Oportet preterea vt qui fructus comedit, post ipsos incedat, deinde post ipsos comedat aliquid, ad hoc vt labantur. Nutrientia vero que aquositatem generant, & humorem crudũ grossũ et choleram, generant febres, propterea quod ea que ex ipsis sunt aquosa, faciunt sanguinem putrefieri, & que ex eis sunt visco sa, et grossa, ꝑpterea qꝺ foramina claudunt, & que sũt ex eis cholerica, ideo qꝺ corpus calefaciunt, & propter sanguinis acuitatem, que per ea generatur. Olera vero cholerica quandoqȝ multum conferunt in hyeme, quemadmodum que ex eis sunt insipida, quandoqȝ multũ conferunt in estate. Quod si alicui necessariũ fuerit nutrientia comedere mala, paucis vicibus, & non frequentibus eis vtatur, & cum eis misceat quod sit eis contrarium. Et cui q̃dem res dulcis nocumentũ prebet, acetosa bibat, sicut acetum, & granata, & sirupum acetosum factum ex vino acri, & cydonijs, et his similibus, & vsum habeat euacuãdi. Et cui

acetosum nocuerit, post ipsum mel sumat, aut vinum antiquum & hoc quidem faciat ante maturationem & digestionem & similiter vnctuosi nocumentum pontico emendatur, sicut sunt castanee, et grana myrthi, & siliqua de syria, et alnabac, & zarur, & amaro sicut enula muraba, et salso, et acuto, sicut cauguamee, & allijs, et cepis, et ecõuerso. Quũ vero alicuius corpus malis fuerit repletũ humoribus, cum subtilitate ipsum nutrientibus laudabilibꝰ copiose refice, & illum cuius corpus ad resolueldum facile fuerit, nutri humido quod velociter digeratur. Gal. inquit humidum nutriens est, quod ab omnibus qualitatibus est separatum, & est quasi insipidum, quoniã neqȝ est dulce, neqȝ acetosũ, neqȝ amarum, nqȝ acutum, neqȝ ponticum, neqȝ salsũ. Rarum preterea est magis tolerans nutriens grossum, quam solidum. Nutriẽtia quoqȝ sicca assidue comedere, fortitudinem cadere facit, & colorem corrumpit, & naturam siccat. Et ex vnctuoso fit ociositas, et aufertur desideriũ Ex frigido fit ociositas, & subtilitas, & ex acetoso fit senium, & similiter ex acuto e t ex salso fit stomacho nocumentũ, & salsum etiam impedit oculum. Amplius quũ vnctuosũ nutriens, & conueniens comeditur & post ma-

lum nutriens, corrumpet ipsum. Nutriēs quo
q; viscosum, est tardius ad descendendū, & si-
militer citroli cum suis corticibus velocius de
scendunt, quam excorticati, & similiter panis
cum suo furfure velocius descendit quā cribe-
latus. Laboriosi preterea regimen quū subtilia
tur & post rem comedit grossam, sicut risum
cum lacte post famem, acuit sanguinem, et fit
vt ipse ebulliat vnde minutionis prouenit ne-
cessitas, licet parum sit ex quo fuit minutus et
similiter iram habens. Scire preterea debes
quod dulce nutriens rapit natura anteq; ma-
turescat, & digeratur, & corrumpit sangui-
nem Nutrientium quoq; iudicia quandoq; fi-
unt ex parte cōpositionis ipsorum. Experimē-
tatores nāq; indi, & alij iam dixerunt, q̄d lac
cum rebus acetosis edendum non est, neq; pi-
sces cum lacte, quoniam inde ad egritudines
peruenitur permanentes, sicut lepra, neq; come
di debet mel cum raphanis, neq; carnibus vo
latilium, neq; sanie post risum cum lacte, neq;
in pulmento ponatur oleum, aut res vnctuo-
sa que in eneo stetit vase, neq; comedatur assa
tura, que fuit assata super prunas retin. Ciba
ria quoq; diuersa a duabus ipediuntur parti-
bus, vna earum est, propter diuersitatem eorū
in digerendo, & quoniā quod ex eis est digestū

ei admiscetur quod non est digestum. Et secū-
da quoniam aliquis plus potest comedere ex
vno cibario. In tempore quoq; antiquo qui
exercitabantur, iam fugierunt ab hoc, contenti
enim erant solius carnis comestione in mane
& solius panis in cena. Et in estate quidem
melior comedendi hora existit, que est frigidior
Famem quoq; tolerare, stomachum quādoq;
malis replet humoribus. Amplius scire debes
q̄d alcubeb quū digeritur multi existit nutri-
mēti, sed tarde descendit, & in monoculo mo
ram facit, & surabē est nutriens bonum, cūq;
in ipsa fuerit cepe, ventositates expellit, et quū
cepe non fuerit cōmouebit vētositates. Ex ho-
minibus preterea sunt, qui putant vuas post
capita assata vtiles existere, sed non est queād-
modum existimant, imo vehementer sunt ma-
le, & similiter nabit. Sed & comedenda sūt
talia, qualia sunt grana mali granati absq;
suis ossibus. Scire quoq; debes q̄d tabim est
sicca & ventrem stringens, sed pullus est hu-
midus, & ventrem soluens. Ex gallinis vero
assatis melior est, que in ventre hedi, aut agni
assatur, quoniam eius cōseruatur humiditas.
Et etiam scire debes, q̄d ius pulli vehementer
temperat humores, & plus quam ius gallina
rum, sed tamen ius gallinarum est magis nu-

triens. Hedus preterea quum fuerit frigidus e-
rit melior, propterea qd' eius quiescit vapor, & agnus quum est calidus, est melior propterea qd' ipsius malus odor resoluitur. Zebrabegi quoq; quum calefactis datur, non oportet vt sit in eo crocus, sed non calefactis in eo esse debet crocus. Allues quoq; licet ex zuccaro fiant sicut pheludez male tamen sunt, propterea qd' oppilationes faciunt & sitim. Amplius scire debes, quod impedimentum panis quum non digeritur, est multum. Sed carnis nutrimentum, quum non digeritur, est minus hoc.

Finis adest feliciter.

Excusum Cracouiae per Florianum Vnglerium. Anno Domini. 1534

52

Doses medicorum sunt iste.

Libra vna, Que ita efingitur. lib. 1. cōstat ex xij. ℥. Libra vero media ita, lib. ß.

Vncia vna, cuius hec est figura. ℥. 1. cōstat ex. ʒ. viij. Media vero constat ex. ʒ. iiij. cuius hec est figura. ʒ. ß.

Dragma vna, cuius hec est figura. ʒ. 1. cōstat ex. ℈. iij. media vero ex vno. ℈. et medio

Scropulus vnus. est tertia pars. ʒ. vnius, cuius hec est figura. ℈. 1. & constat ex granis. xx. Medius ex x.

Manipulus, Quātū potest manu capi

Pugillus, quātū pōt cū pugillo stricto capi

Quantū sufficit, ita efingitur. q. s.

Ana, ita effingitur, aā. id est equaliter.

